¶ EVSEBII

Cæſariẽſis Epiſcopi Chronicõ: quod Hieronymus preſbyter diuino eius ingenio Latinum facere curauit/ & vſq; in Valẽtẽ Cæſarem Romano adiecit eloquio. Ad quẽ & Proſper & Matthæus Palmerius / & Matthias Palmerius cõplura addidere. Quibus demum nonnulla ad hæc vſq; tempora ſubſecuta: adiecta ſunt.

HENRICVS STEPHAN⁹

TABVLA noua siue idex huius opis Eusebij de tēpori b9: vt historiarū rerūq; ceterarū in se sparsarum, varieq; cōscriptarū, exoptāti singula facilia inuentu sint, modo lōge ..ificiosiori & faciliori q̄ vnq̄ in veteri indice cōperiebātur, iuxta alphabeti seriem nomina rerū sūt ordinata, e directoq; eius rei nois numerus apparēs chartā foliorū indicat. Cui si pūctus antecedere cōperiaē: primū latus folij id quod quæris ostendit. Si vero numerū illū, pūctus sequiē: in altero latere folij id qd̄ q̄ris legendū offerē. Hoc tñ animaduertendū est, si de eadē re siue materia, diuersis in folijs fiat mentio: iuxta idē nomen non plures, nec diuersi numeri (vt antea factū est) appo..nt, sed vt omnia intuētibus peruia ..t & euiteē cōfusio omnis, & prolixi..., vnicuiq; tmino (vt logice loquar) ... pprius apponitur numerus, vt ... e... o positi, atq; situati ad paginãq; vnāq̄ apertiſ ...estigātem deducūt.

...εκασυλλαβοσ,
...ad lectores.

venustiores,
... ..., ducūq; pugnas
or: referens beatiorum
.a cineres datos sepulchro,
uctasq; domos, locos & vrbes.
dicam: breuibus retexo ϖαρτα

¶Indicis Eusebij de Tẽporibus pariter & Additionũ FINIS.

¶EVSEBII CAESARIENSIS EPISCOPI CHRO nicon id est Tēporū breuiariū incipit fœliciter: quē Hieronymus presbiter diuino eius īgenio latinū facere curauit/ & vsq; in Valentē Cęsarē Romano adiecit eloquio. Quē & Prosper/ deinde Matthęus Palmerius/ qui ea quę cōsecuta sunt adijcere curauere: eidē postpositi subsequuntur. At primū Hieronymi in huius codicis aliquando descriptores vt Archetypus descri batur adiuratio.

¶Verba diui Literarū principis Hieronymi.

Adiuro te quicūq; hos descripseris libros/ ꝑ dominū nostrū iesum Christū & gloriosū eius aduētū/ in quo veniet iudicare viuos et mortuos: vt cōferas quod scripseris & emē des ad exēplaria ea de quibus scripseris di ligēter. Et hoc adiurationis genus transcri bas: & trāsferas in eum codicem quem de scripseris.

¶Chronica Eusebij/ Hieronymi incipit.

¶Pręfatio Hieronymi.

Eusebius Hieronymus Vincētio et Galieno suis Salutem. Vetus iste disertorū mos fuit: vt exer cēdi ingenij causa / gręcos libros latino sermone absoluerēt/ et quod plꝰ ī se difficultatis habet/ po emata illustriū virorum addita metri necessitate transferrent. Vnde & noster Tullius Platonis integros libros ad verbum interpretatus est. Et cum Aratum iam Romanū hexametris versibꝰ ędidisset: ī Xenophōtis Oeconomico lusit. In quo opere/ ita sæpe aureū illud flumē eloquētię q̄busdā sca bris & turbulētis obicibus retardaē: vt qui interpretata nesciūt a Cicerone / dicta nō credāt. Difficile est enī alienas liguas īse

quentem non alicubi excidere. arduum: vt quæ in aliena lingua bene dicta sunt/ eundem decorem in tralatione conseruent. Significatum est aliquid vnius verbi proprietate. non habeo meum quo id efferam: & dum quæro implere sententiam/ longo ambitu vix breuia spacia consumo. Accedunt Hyperbatorum amfractus: dissimilitudines casuum/ varietates figurarum. Ipsum postremo suum &(vt ita dicam) vernaculũ linguę genus: si ad verbum interpretor absurde resonat. si ob necessitatem aliquid in ordine/ in sermone mutauero: ab interpretis videbor officio recessisse. Itaq; mi Vincenti charissime/ & tu Galiene pars animæ meę obsecro: vt quicquid hoc tumultuarii operis est/ amicorum non iudicum animo relegatis. Præsertim cum & notario vt scitis velocissime dictauerim: & difficultatem rei etiam diuinorum voluminum instrumenta testantur/ quę a lxx. interpretibus ædita non eundem saporem in Græco sermone custodiũt. Quãobrem Aquila & Symachus/ & Theodocion incitati diuersum pene opus in eodem opere prodiderunt: alio nitente verbum de verbo exprimere/ alio sensum potius sequi / tertio non multum a veteribus discrepante. Quinta autem & sexta & septima æditio licet quibus censeatur auctoribus ignoretur: tamen ita probabilem sui diuersitatem tenent / vt auctoritatem sine nominibus tenuerint. Inde ad[illegible]venit: vt sacrę literæ minus comptę / & dure sonantes videantur. quod diserti hominis interpretatas eas de Hebræo nescientes: dum superficiem non medullam inspiciunt/ ante quasi vestem orationis sordidã perhorrescant/ q̃ pulchrum intrinsecus rerum corpus inueniãt. Deniq; quid psalterio canorius? quod in morem nostri Flacci: & Græci Pindarii nunc iambo currit / nunc alcaico personat / nunc sapphico tumet / nũc semipede ingreditur. Quid Deuteronomij: & Hesaię cantico pulchrius? Quid Salomone grauius? Quid perfectius Iob? quæ omnia hexametris: & penthametris versibus (vt Iosephus & Origenes scribunt) apud suos

composita decurrunt. Hec cum Græce legimus aliud quiddã sonãt: cũ latine penitus inhęrent. Quod si cui nõ videtur linguę gratiam interpretatione mutari: Homerũ ad verbũ exponat latinum. Plus aliquid dicã: eundẽ in sua lingua pro se verbis interpretetur. videbit ordinem ridiculũ/ & poetam eloquẽtissimũ vix loquentem. Quorsum ista? videlicet vt non nobis mirum videatur si alicubi offendimus/ si tarda oratio aut cõsonãtibus asperatur/ aut vocalibus hiulca vel diuisa sit/ aut rerũ ipsa breuitate constringitur: cũ eruditissimi homines in eodẽ opere sudauerint. Et ad cõmunem difficultatem / qua in omni interpretatione causati sumus/ hoc nobis proprium accedat ꝙ historia multiplex est: habens barbara nomina/ res incognitas latinis/ numeros inexplicabiles/ virgulas/ rebus pariter ac numeris intertextas. vt pene difficilius sit legendi ordinẽ discere: q̃ ad lectionis notitiã peruenire. Vt autem manifesto cognoscantur indicio ad quem numerum historia quęq3 pertineat: has distinctiones positas lector aduertat. vt si ad primum numerum regni primitus annotati historia referenda est: primam literam in explicatione historię contempletur. & si quidem eam ex minio viderit: illi tempori applicandam vel anno sciat/ quem suggesserit numerus similiter eodẽ minio figuratus. Si vero numerũ non puro minio/ sed mixto nigro notatum esse peruiderit: secundæ lineæ numero debetur historia. Si autem tertio numerorum ordini applicandũ est quod fuerit adscriptum: mediũ puro minio numerum & partem reliquam ex solo nigro expressam conspicabitur. Quarta numeri linea nihil habebit ex minio: sed indicio erit ꝙ sibi historia debeatur cum minio facta litera in principio enodationis historiæ quæ etiam superioribus signis subdenda est / nihilominus apparebit nullo superius memoratorum signorum in numeris respondere. Sin vero non minio / sed mixtim nigro rubroq3 litera fuerit expressa: refulgens ex rubro numerus in quintam

numerorũ lineã poterit aduerti. Et ita ſexta linea numeri: vt ſecũda. ſeptima/ vt tertia deſignabitur. octaua quoq; vt quarta ap parenti litera bicolori. Cum vero nec in numeris nec in explanatione hiſtorię vllũ illorũ quæ prædiximus ſignorũ fuerit: nõ linea qđ annotatũ fuerit vẽdicabit. Nõ tamẽ omnia huiuſmodi requirẽda ſunt neceſſario: cũ minor eſt numerus linearũ. Vnde præmonẽdũ puto: vt prout quæq; ſcripta ſunt/ etiã colorũ diuer ſitates ſeruent. ne quis irrationabili extimet voluptate: oculis tã tum rem eſſe quęſitã/ & dum ſcribẽdi tędiũ fugit/ labyrinthum erroris intexat. Id enim elucubratum eſt: vt regnorum tramites: qui per vicinitatẽ nimiam pene mixti erãt/ diſtinctione minij ſe parẽtur/ & eũdẽ coloris locũ quẽ prior mẽbrana ſignauerat/ ex aduerſo poſiti numeri retinerent/ vel etiã poſterior ſcriptura ſer uaret. Nec ignoro multos fore/ qui ſolita libidine detrahẽdi om nib⁹ quod vitare nõ poteſt: niſi qui omnino nil ſcribit/ huic volu mini geminũ dentẽ infigant. Calũniabũtur in tẽpora: conuertẽt ordinẽ/ res arguent/ ſyllabas ventilabunt. & quod accidere pleriſq; ſolet negligentiã librariorũ: ad auctores referẽt. Quos cũ poſſem meo iure repercuterẽ: vt ſi diſplicet nõ legãt malo breuiter placatos dimittere/ vt & græcorũ fidem ſuo auctori aſſignent et quę noua aſſeruim⁹/ de alijs probatiſſimis viris libata cogno ſcãt. Sciendũ etenim me eſſe & interpretis & ſcriptoris ex parte officio vſum: q̃a & græca fideliſſime expreſſi/ et nõnulla quæ mihi intermiſſa videbãtur adieci/ in Romana maxime hiſtoria quam Euſebius huius conditor libri/ non tam ignoraſſe/ vtpote eruditiſſimus/ q̃ vt græce ſcribẽs parũ ſuis neceſſariã perſtrinxiſſe mihi videtur. Itaq; a Nino & Abraham vſq; ad Troię captiuitatem pura Græca tralatio eſt. A Troia vſq; ad viceſimum Cõſtantini annũ: nũc addita/ nũc mixta ſunt plurima quæ de Trãquillo & cæteris illuſtribus hiſtoricis curioſiſſime excerpſimus. A Cõſtãtini autẽ ſupradicto anno: vſq; ad conſulatum Augu-

ſtorum Valentis ſexies & Valentiniani iterum tòtum meum eſt. Quo fine contentus/reliquum tempus Gratiani & Theodoſii latioris hiſtorię ſtylo reſeruaui:non quo de viuentibus timuerim libere & vere ſcribere. Timor enim dei/ hominum timorem ex⸗pellit:ſed quoniam debaccantibus adhuc in terra noſtra Barbaris/incerta ſunt omnia.

❡Hieronymi Præfatio explicit.

❡Euſebij interpretata Præfatio incipit.

MOYSEN gentis Hebraicæ/ qui primus omniũ prophetarũ ante aduentũ domini ſaluatoris diuinas leges ſacris literis explicauit: Inachi fuiſſe tẽporibus/ eruditiſſimi viri tradiderũt. Ex noſtris/ Clemẽs & Africanus & Tracianus. Ex Iudęis/ Ioſephus & Iuſtus:veteris hiſtoriæ monimẽta replicãtes. Porro Inachus.500.ãnis Troianũ bellũ antecedit. Ex Ethnicis vero impius ille Porphyrius in quarto ſui operis libro/ quod aduerſum nos caſſo labore cõtexuit: poſt Moyſen Semiramin fuiſſe affirmat/quæ apud Aſſyrios.150.ante Inachũ regnauit annis. Itaq; iuxta eum.800.pene &.50.annis Troiano bello Moyſes ſenior reperitur. Cũ hæc ita ſe habeãt / neceſſariũ duxi veritatẽ diligentius perſequi.& ob id in priore libro quaſi quãdã materiã futuro operi omniũ mihi regũ tempora prænotaui/ Chaldęorum/ Aſſyriorum/ Mœdorum/ Perſarum/ Lidorum/ Hebręorum/ Aegyptiorum/ Athenienſium/ Sicioniorum/ Argiuorum/ Lacedęmoniorum/ Corinthiorum/ Theſſalorum/ Macedonum/ Latinorum qui poſtea Romani nuncupati ſunt. In pręſenti autem ſtylo/eadem tempora contra ſeinuicem ponens/ & ſingularum gentium annos dinumerans:vt quid cuiq; coętaneũ fuit/ita curioſo ordine coaptaui. Neq; me fugit in Hebręis codicibus diſſonos ętatũ annos inueniri:pluſq; vel minus prout

interpretib⁹ visum est lectitari/sequēdūq; illud potius quod exemplariorū multitudo in fidē traxit. Verū vtcūq; quis volet computet: & reperiet Inachi temporibus (quē primū Argis regnasse aiunt) Patriarcham Hebręorū fuisse Israelem/a quo duodecim Iudęorum tribus Israelitis vocabulū sortitæ sunt. Semiramim autem & Abraham contemporales fuisse manifestum est. Nam Moyses licet iunior supradictis sit omnibus: tamen quos Græci antiquissimos putant senior depræhenditur/ Homero scilicet & Hesiodo/ Troianoq; bello/ac multo superius Hercule/ Museo/Lino/ Chirone/ Orpheo/ Castore/ Polluce/ Esculapio/ Libero/Mercurio/ Apolline/& cæteris diis gentiū/sacrisq; vel vatib⁹. Ipsius quoq; Iouis gestis quē Græcia in arce diuinitatis collocauit. Hos inquā omnes quos enumerauimus: etiā post Cecropē Diphyem primū Atticæ regē fuisse cōuincimus. Cecropem autem præsens historia Moysi coętaneum ostendit: & antecedere Troianum bellum annis.350. Quod ne cui dubiū videatur / sequēs ratio sic ꝓbabit. 42.āno imperii Augusti CHRISTVS natus est.15. Tyberii anno prędicare orsus est. Si quis igitur retrorsum annorum supputat numerū:alterū Darii regis Persarū quærat annū sub quo templū Hierosolymorū quod a Babyloniis destructū fuerat / instauratum est. reperiet a Tyberio vsq; ad Darium annos.548. Darii quippe secūdus annus.65. Olympiadis anno primo fuit:& Tyberii.15.in.210 Olympiadem incurrit. Fiunt ergo inter Dariū & Tyberiū Olympiades.137. anni.548.quadriennio in vna Olympiade supputato. Deinde.2. Darii āno/70.desolationis tēpli ān⁹ explet:a quo vsq; primā Olympiadē retrorsū numerant Olympiades.64.āni.256. qui similiter supputant a supradicto desolationis templi anno vsq; ad.50. annum Ozię regis Iudęorū/sub quo Esaias & Osee fuerunt. Itaq; prima Olympias:in Esaiæ & reliquorū incurrit ętatē/qui cū eo prophetauerunt. Rursum si a prima Olympiade ad superiora tēpora vsq; ad captiuitatē Troię ꝓueharis: inuenies ānos. 460.

quos & nos in priore opusculo digessimus: & curiosissima Græcorū historia conscribit. Item apud Hebræos a supradicto Ozię anno & temporibus Esaiæ prophetæ vsq; ad Sāpson & tertium annū Labdon iudicis: supputabis āno.460. Sāpson autē est quē in corporis robore Herculi similē ferunt posteri Iudęorum/ & mihi vidētur non multū inter se distare tempore, siquidem ambo circa Troiæ captiuitatem fuerunt. Post hoc iterum ad priora cōuertere: & cum.300. tibi &.28. annos pes retroactus impleuerit: Græcorum Cecropem Diphyem/ & Moysen inuenies Hebręorum. Nam &.45. Cecropis anno vsq; ad captiuitatem Troiæ/ & ab.80. ætatis Moysi anno in quo populum Israeliticū de Aegypto eduxit vsq; ad Labdon/ & Sāpson iudices: cōputantur anni.328. Itaq; sine vlla ambiguitate Moyses & Cecrops/ qui primus Atheniensium rex fuit iisdem fuere temporibus. Porro iste est Cecrops Diphyes indigena sub quo primum in arce Oliua orta est: & Atheniensium vrbs ex Mineruæ appellatione sortita nomen. Hic primus omnium Iouem appellauit: simulacra reperit/ aram statuit/ victimas immolauit / nequaq̄ istiusmodi rebus in Græcia vsq̄ visis. Cætera quoq; quæ apud Græcos mira iactantur: posteriora Cecropis annis depræhenduntur. Si autem Cecropis: cōsequēter & Moysi qui cum Cecrope fuit. Post hunc eni scribitur diluuiū sub Deucalione: incēdiū sub Phaetonte. Erichthonius Vulcani & Triæ filius Dardanus: qui Dardaniā cōdidit de quo Homer9. Quē primū genuit cęlesti Iupiter arce. Liber quoq; & rapt9 europę sacra Cereris atq; Isidis delubrū in Eleusina frumēta triptolemi regnū trois cui9 dii natū Ganimedē ad sydera raptū. Vina Iouis magni voluerīt fūdere mēsis. quo tp̄e quoq; Tātal9 & Titi9 fuerūt. & Apollo nat9. Nā & Latona Iouis cōiūx: tūc Paticia fugit. Latone aūt Iouis Apollo fili9. Post quos Cadm9 Thebas. venit q̄ Semelē genuit: de q̄ pulcherrima p̄les liber cōdignā p̄tu tulit ędita frugē. Porro liber & reliq̄ quos mox inferemus: post.200. annū Cecropis fuerūt. Linus scilicet &

Zethus & Amphiõ/Museus/Orpheus/Ninus/Perseus/ Escu lapius/Gemini Castor & Pollux. Hercules cum quo Apollo seruiuit admeto. Post quos facta est Troianę vrbis euersio:quã Homerus longo sequitur interuallo. Homerus autem: Solone & Telete Millesio/cęterisq̨ qui cũ his septẽ sapientes appella ti sunt/ multo prior reperitur. Deĩde Pythagoras extitit/qui se non sapientem vt priores:sed Philosophum / id est amatorem sapientiæ dici voluit. Q uẽ secutus Socrates Platonẽ erudiuit:a quo famosa in partes Philosophia diuisa est. Horum singulos iuxta ordinẽ sequẽtis historię:suis locis inseremus. Igitur Moy ses cunctos quos supra memorauimus antecedit:qui ætate Ce= cropis fuisse mõstratus est. Ab.80.aũt ãno Moysi & egressu Is= rael ab Aegypto/rursus ad superiora cõuersus vsq̨ ad primum annũ Abrahæ/reperies annos.550.quos similiter a.45.ãno Ce cropis vsq̨ ad Ninũ & Semiramim Assyriorũ principes sup= putabis. Primus quippe omnium Asiæ:exceptis Indis Ninus Beli filius regnauit. Itaq̨ manifestũ est Abraham Nini ætate generatum: iuxta eum tamen numerum quem contractiorem ęditione vulgata sermo præbet hebræus. Verum incuriositate ne cesses:& cum diuinam scripturam diligenter euolueris/ a na tiuitate Abrahę vsq̨ ad totius orbis diluuiũ inuenies retrorsum annos.842. Item a diluuio vsq̨ ad Adam.2242.in quibus nulla penitus/nec Græca:nec Barbara (vt loquar) in cõmune gẽtilis reperitur historia. Q uãobrẽ prę́sens opusculũ/ab Abrahã om nino vsq̨ ad nostram ætatem inferiora tempora persequetur:& statim in principio sui Hebręorum Abraham / Assyriorum Ninum & Semiramim proponet. Q uia neq̨ Athenarum ad= huc vrbs/neq̨ Argiuorum regnum nomen acceperat. solis Si= cionis in Græcia florentibus. Apud quos temporibus Abra= hæ & Nini: Europem secundum regnasse ferunt/quod cur etiã nos putemus ex sequentibus demonstrabitur. Si enim diligen= ter enumeres ab vltima ętate Nini vsq̨ ad Troię captiuitatem:

inuenies annos.833.Item in Sicione a.22.anno regis Europis vſq; ad ſupradictum tempus:eoſdem annos inuenies. 834. Apud Hebræos quoq; a natiuitate Abraham vſq; ad Labdon & Sanſon iudices Hebræorum:qui Troianis temporibus populo prę fuerunt:æque ſupputabis annos.834. Item apud Aegyptios ab ætate Nini & Semiramidis/ quo tẽpore ſextadecima iam Dynaſtia Thebei Aegyptiis imperabant/vſq; ad.20.Dynaſtiam & regem Aegyptii Thuorim qui ab Homero Polybus vocatur/ ſub quo Troia capta eſt:colliguntur etiam ſupradicti anni 834. Igitur conſequenter in libelli fronte ponimus/ vno eodemq; tempore Abraham/ Ninum/ Semiramim/ Europem. Aegyptiorũ Thebeos.& hæc quidem ita ſe habere/ vt præfati ſumus:poſterior textus oſtendet.Nunc illud in cura eſt:vt etiã Hebræorum annos in quatuor tempora diuidamus. Ab Abraham vſq; ad Moyſen. A Moyſe vſq; ad primam ædificationem templi. A prima ædificatione templi/vſq; ad ſecundam inſtauratione ẽ eius. Ab inſtauratione eius vſq; ad aduentum domini. A natiuitate quippe Abrahæ vſq; ad Moyſen & egreſſu Iſrael ex Aegypto computantur anni.550. A Moyſe vſq; ad Salomonem & primam ædificationem templi anni.429.ſecundum minorem tamen numerum quem tertius regnorum liber continet.Nam iuxta volumen iudicum ſupputantur anni.600.A Salomone vero vſq; ad inſtaurationem templi(quæ ſub Dario Perſarum rege facta eſt)colliguntur anni. 512.Porro a Dario vſq; ad prædicationem domini noſtri IHESV CHRISTI/ & vſq; ad vndecimum annum Tyberii principis Romanorum: explentur anni.548.Itaq; ſimul fiunt ab Abraham vſq; ad. 15. Tyberii annum:anni.2440.Similiter a Nino & Semiramide vſq; ad Moyſen & Cecropem:anni. 550. A Cecrope vſq; ad captiuitatem Troiæ:anni.329.A captiuitate Troiæ vſq; ad primam Olympiadem:anni.460.A prima Olympiade vſq; ad ſecundũ Darij annũ & inſtaurationem tẽ pli:ãni.256. A ſecundo Darii ãno &

inſtauratione tēpli vſq; ad.15.annū Tyberii Cæſaris:anni.548. Fiunt ſimul a Nino & Semiramide vſq; ad.15.Tyberii annum. anni.2430.quos & ab Abrahā vſq; ad Tyberium oſtendimus ſupputatos.a Tyberii autem.15.anno vſq; ad.14.annū Valentis quo interiit/numerantur anni.351.Itaq; fiunt anni iſtius hiſtoriꝫ. 2395.Et ne longus ordo numerorum aliquid forte turbationis af ferat/omnem annorum congeriem in decadas decidimus/ quas ex ſingularium gentium hiſtoriis congregantes/ſibiinuicem feci mus eſſe contrarias/vt facilis prabeatur inuentio/ cuius Græci ætate vel Barbari prophetæ/& reges/& ſacerdotes fuerunt He brꝫorum.Item qui diuerſarum gentium falſo crediti dii:q; Heroes/aut quando vrbs condita/qui de illuſtribus viris philoſophi/ Poetꝫ/principes/ſcriptoreſq; variorum operum extiterunt/& ſi qua alia digna memoria putauit antiquitas/quæ vniuerſa in ſuis locis cum ſumma breuitate ponemus.

¶ Euſebii interpretata Præfatio explicit.

¶ Exordium libri incipit.

HNCIPIVNT tēpora totius ſæculi:Regeſq; gētiū omniū/quibus locis / quibuſq; tēporibus in ſuis prouinciis/& quantum regnauerunt/ vel ſi quid memoriæ dignum per generationes/ natiuitates & regna/& ducatus per omnē actū Iudicū & omniū regū Iuda & aliorū qui nō ex eadē tribu regnauerūt/& per regnū Aſſyriorū/cæterarūq; gentiū & tempora Dictatorū cū Conſulibus ordinariis.Sed & tempora imperatorum & Cæſarum : & quibus tēporibus hiſtoriographos fuiſſe dixerunt/ſed & ſucceſſiones eorūdē/quod per ordinem rerum ſuperius declaratū eſt.Q uorum vniuerſa tēpora/geſta / ſiue apud Hebræos/vel apud Græcos/vel apud Romanos/ſiue apud Barbaros/cæteraſq; gentes quꝫ geſſerūt vel cōſtituerūt per

hiſtorias in hoc libro pleniſſime demonſtrant / quod & in libro hoc hiſtoriæ ſingulę cōſcriptę declarāt deorū generationē vel ſin gulorū progeniē/ſiue his tēporibus ipſis āte latis q̄ geſſerūt & tē pora Olympiadū:ex quo primus Agon/ Gymnicus cōſtitutus/ quod Græci Olympias appellant. Et quo tempore aduentus fu it ſaluatoris noſtri IHESV CHRISTI:ſiue paſſio eius. Si mulq; & nomina epiſcoporū Eccleſiarū numero quatuor / hoc eſt Romanorū/ Alexandriæ/Hieroſolymorū & Antiochiæ/qui per eaſdem ciuitates Metropoles prouinciarū epiſcopi / quantū temporis ſinguli ſederunt/vel qui eorum epiſcopatus tēpore ſui martyrii coronatus ſit:ſiue tempora perſecutionū/quibus tēpori bus eccleſiæ diſſipatę ſunt. Sed & tēpora regū Macedonū/ Ale xādrię/& quoto Agone Olympiacorū/vel quibus tēporibus ſeu cōſulibus finem Alexāder fecerit Iudęis/vel Veſpaſianus inſecu tionē ſiue deſtructionē tēpli eorū miſerit/ & tributa eis cōſtituit numeratio temporū non ſolum ante hominū genus/ſed etiā āte lumia ipſa atq; ſtellas eſſe cognoſcitur. Nā cū primū fecit deus cęlū & terrā/cū ipſis quoq; elemētis quæ in his elementis condita ſunt/id eſt aqua & ſpiritus/abyſſoſq; & tenebras/nec dū lumini bus/neq; ſiderib9 cōſtitutis/dixit deus. Fiat lux: & facta eſt lux/ & vidit deus lucē quia bona eſt/ & ſeparauit deus iter lucē & te nebras/ & vocauit deus lucē diē/ & tenebras vocauit noctē/ & fa ctū eſt veſpere & mane dies vnus. Hic primus dies ſæculi: non primus dierū omniū. Ideoq; nō primus:ſed vnus noīatus eſt. Se cundo autē die factū eſt firmamētū in medio aquarū: quod & diuiſit iter aquā & aquā. Tertio autē die:cōgregatæ ſunt aquę/q̄ ſunt ſub cælo in cōgregationē vnā/& apparuit arida quam deus terrā noīauit/atq; cōgregationes aquarū appellauit maria. Her bamq; produxit terra/ & lignū fructiferū cū ſemine ſuo. Quar to igit die facta ſunt lumiaria duo i firmamēto cæli/vt luceāt ſu per terrā ad inchoationē diei & noctis:& vt diuidāt inter diē & noctem/& ſint in ſigna & tempora/ & dies & annos & ſint in

ſplendorem firmamenti cęli/& luceant ſuper terram. Quibus ita perfectis manifeſtum eſt: luminibus ipſis antecedere lucem tribus diebus. Vnde mihi videntur Aegyptii/cæteræq; gẽtes hoc ſequentes decretum: vt quatuor annis impletis / diem integrum ſuperfluum adiicere/quem etiam Biſextum nominauere. Nam cum tres dies iſtos computare qui ſint / atq; recogitare voluerimus: vnius anni centeſimam/vigeſimãq; partẽ iſtam eſſe cognoſcimus. Centeſima autem & vigeſima dies inuicem computata: iſta tertia pars eſſe ãni dignoſcitur. Tertia ergo addita parte annuali quadriennio/dies integer completur/atq; ad partium partes/menſes atq; anni ſuperflui computantur: quos Hebræi quidem emboliſmos vocare ſolent. Aegyptii autem exaltationes/ſyderum atq; ſtabilitates appellant: immo Biſextum ob rememorationem lucis atq; dierum & noctium/quæ luminibus triduum anteceſſerunt celebriter/ideo ꝙ tres dies ſine auctore ſole proceſſerunt. Nos igitur tempora conſcribimus: non quæ ſunt ſæculi mundi/neq; luminum aut ſyderum/neq; fructuũ aut lignorum/ aut piſcium/ſed generationes hominum: cuius primus fuit Adã factus ſexto die. Quinto autẽ die dixit dominus. Educant aquæ reptilia animarum viuarum/ & volatilia aeris cæli / & factum eſt ſic. Et fecit deus beluas/ & cetos & omnem animam viuam repente quas eduxerunt aquæ ſecundum ſuum genus: & vidit deus quia bona ſunt/ & benedixit ea deus/ & dixit. Creſcite & multiplicamini: & replete aquas quæ ſunt in mari / & volatilia multiplicentur ſuper terram/ & factum eſt veſpere & mane dies quintus. Sexto autem die: dixit dominus. Educat terra animã viuam ſecundum ſuum genus quadrupedia & reptilia beſtias terrę ſecundum ſuum genus/ & vidit deus quia bona ſunt/ & dixit. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: & habeat poteſtatem piſcium maris & volatilium cæli/ & omnium iumentorum & totius terræ / & omnium reptilium quæ ſunt ſuper terram. Et fecit deus hominem ſecundum

imaginē dei fecit eū:masculū & fœminam fecit eos/& benedixit eos dicēs. Crescite & multiplicamini & replete terram:& dominamini eius/& habete potestatem pisciun maris & volatiliū cæli & omnium reptilium quæ sunt super terram. Quomodo autem deus eum/& vnde fecit:post alia dicit. Et finxit hominē deus de limo terrę:& insufflauit in faciē eius spiritū vitæ/& factus est homo in animam viuentem. Et iterū postea alia: & dixit dominus deus. Nō esse bonum hominem solum:faciamus ei adiutorium secundum eum. Et post alia. Adæ autē nō est inuētus a diutor similis illi: & immisit deus soporē in Adam & obdormiuit/& appręhendit vnā costam de latere eius/& repleuit locū caro eius/& ędificauit dominus costā quā sumpsit ab Adā in mulierem: & adduxit eam ad Adam videre quid eā vocaret. Et dixit Adā hoc nūc os ex ossib9 meis:& caro de carne mea. Hęc vocabitur virago:quia de viro suo sumpta est. Ex his duobus omnis hominum multitudo procreata est. Vnde etiā nos dinumerationen tēporum facientes incipimus. Adam. Eua. Adam autem vocauit nomen mulieris suæ Eua/quod interpretatur vita: quia ipsa est mater viuentium. Adam autē cognouit Euam vxorem suam:& concipiens peperit Chayn/& dixit. Acquisiui hominem per deum:& adiecit fratrem illius parere Abel. Et factus deo obsequens pastor ouiū . Chayn vero agricola. Igitur. cum vterq; de suorum laborū fructibus immolarent apparerent autē oblationes Abel acceptabiles magis corā domino: tactus Chayn inuidia/insolēs fratrem innocētem interemit. cuius morte genitor consternatus:ac subletus in tempora/ab amplexu coniugis abstinuit Adam. cum vero esset annorū. 150. genuit Seth: deinde alios mares & fœminas. Fuerunt autem anni eius. 930. Seth autem cum esset annorū 130:genuit Enos. Deinde in tempus:alios mares & fœminas. Fuerūt autem anni eius 912. Enos vero cū iam esset nonagenarius genuit Chaynam. Deinde ali-

os filios & filias. Fuerũt autẽ anni eius. 950. Caynã vero cũ esset septuagenari⁹ genuit Malalech: deinde alios filios & filias. Fuerunt oẽs ãni eius. 910. Malalech quadragenarius genuit Iarech: deinde alios filios & filias. Fuerunt anni eius. 895. Iarech in. 142. anno genuit Enoch: dende in tẽpora/ alios filios & filias. Fuerũt anni ei⁹ oẽs 942. Enoch aũt in. 65. ãno genuit Mathusalẽ: deĩde alios filios & filias. Vir fuit iustus. vixit ĩ humanis: ãnis. 365. & assumptus est. Mathusalẽ vero in. 187. ãno genuit Lamech: deinde alios filios, oẽs ãni eius. 969. Lamech aũt in. 182. ãno genuit Noe qui interpretatur cõsolator ab operibus manuũ nostrarũ ĩ terra cui maledixit dominus/ & deinde alios filios & filias. Fuerũt oẽs ãni vitę eius. 778. Superiori tẽpore Cayn fratricida ob diuinã in dignationẽ profugit ad Orientalẽ plagã: & consedit apud regione ædẽ. Cognouit autẽ vxorẽ suã: & genuit Enos/ ad cuius proprium nomẽ fundauit vrbẽ in vocabulo filii. Porro Enos genuit Iareth: qui genuit Madiel/ qui genuit Mathusael/ qui genuit Lamech/ q ex argumẽto vaticinatus diuinã vltionẽ septuplũ fuisse in Cayn ꝓpter homicidiũ fratris. Si autẽ septuagies septies futurã ob necatũ a se adolescẽtẽ sui vulneris ĩ liuore. Iste Lamech duxit sibi binas vxores. Adach. s. & Selach. ex Adach genuit Label: qui primũ ĩtra tẽtoria habitaculis morã gessit. Ex eadẽ genuit Thubal: q fuit Cytharedorũ primus. Ex Selach genuit Thubalcayn: qui mirabilis malleator fuit in omni fabrili arte metallorum. Noe vero cum quingentorum esset annorum: genuit Sem/ Cham & Iaphet. Et cũ multiplicassent homines super terrã valde/ ac ducerent vxores speciosas/ in quarum forma exardescerẽt in concubitum/ prout cuiusqꝫ libido fuit/ ex quibus Gygantes viri famosi potentes a sæculo geniti in populos flagitiosos crescerẽt procliuos in omne facinus spreto diuino timore sine cultu religionis cum foret autem Noe solus iustus placens deo in generationibus suis: decreuit deus seruari de quacũqꝫ specie ad reparandũ semẽ cuiuslibet animãtiũ. Cętera aũt vniuersa per dilu-

uiũ pdere: ac vlcisci ab hoie vsq; ad pecus tã volatiliũ q̃ reptãtiũ sup terrã. Instituit ergo Noe fabricari arcã ex lignis elaboratis & leuigatis tabulamẽtis: altã.30.cubitis latã.50.longã. 300. & in cubitu cõsũmatã: bitumine linitã intrinsecus & extrinsecus/ diuisam i mãsiũculas & tristega. In quã sic dispositã ĩtroiuit Noe cũ filiis & vxoribus suis/ ac introduxerũt nutu dei ex oibus animãtibus mũdis/ & fœminas septena: ex imũdis vero bina/ escã similiter iuxta ꝓpriã cuiuslibet naturã cõueniẽtia ad vescẽdũ pabula. Septimo aũt die ab igressu arcæ q̃ fuit.17.mẽsis secũdi/ excesserũt aquę terminos & cõfinia naturę: tãtaq; vis imbriũ largissimorũ est exorta/ tã ingẽs aquarũ abyssus iuasit cõtinuo icremẽto p dies quadraginta scissis cataractis cæli/ donec nedum supficiẽ totius orbis sed vniuersa mõtiũ cacumina sub vndis iuolueret cubitis.15.altiores. Porro arca ferebat super aquas ex qua consumpta est ois caro q̃ mouebat sup terrã: volucrũ/ animãtiũ/ bestiarũ/ oimq; reptiliũ q̃ reptabãt sup terrã/ vniuersi hoies/ & cũcta i quibus erat spiraculũ vitæ. Obtinuerũtq; aquę terras. 150. dieb9: & recordatus est deus Noe/ & oim animaliũ q̃ erãt cũ eo in arca/ adduxitq; spiritũ sup terrã & cessauit aqua: & adopti sũt fontes abyssi & cataractæ cęli/ & cessauit pluuia de loco/ & deficiebat aqua descẽdẽs a terra/ & diminuebat aqua post. 150. dies: & sedit arca i septimo mẽse 27. die mẽsis sup mõtes Arath. Isti mõtes i Armenia superiore sũt secus Persas. Aqua aũt magis diminuebat: vsq; ad decẽ mẽses. Decimo aũt mẽse primo die mẽsis visa sunt capita montiũ. Et factũ est post.150. dies/ aperuit Noe fenestrã arcę quã fecerat: & dimisit coruũ videre si cessaset aqua a facie terræ/ & exiẽs nõ est reuersus ad eũ/ & sustinuit donec siccaret aqua a terra. & dimisit colũbã a se videri si aqua cessasset a facie terræ. & non inueniens colũba requiẽ pedibus suis/ reuersa est ad eũ i Arca: quia aqua erat super oẽm faciẽ terrę. Extẽdẽs autem manus suas Noe accepit eã & induxit eam apud se in Arcam/ & sustinuit adhuc septem dies alios: & iterũ dimisit columbam de Arca/ & reuersa est ad eũ colũba ad ve-

sperum/ & habuit foliū oliuę cū surculo in ore suo. Et intellexit Noe quia cessauit aqua a facie terræ: & sustinuit Noe adhuc septem dies alios/ & dimisit colūbam/ & nō est ausa reuerti ad eum. Tenuit ergo diluuiū terrę donec siccaret: annū integrum. Postq̄ introiuit aūt Noe in Arcā/ septimo die inclusit: deinde foras fenestram Arcæ. & 40. diebus & 40. noctibus facta est pluuia: stetitq; aqua. 150. dies. Post istos dies clausi sunt fontes abyssi/ & cœpit aqua diminui. Septimo aūt die sedit Arca sup mōtē Arath. Diminuebatur autē aqua vsq; . 11. menses. Prima aūt die huius mēsis capita mōtiū reliquorū visa sunt: & cętera vt supra. Postea Noe denudauit Arcæ tectū post annū integrū: & hoc ipsum scribitur & significat dicens. Et factū est in primo & sexto anno vitæ Noe: primo die mēsis cum minuisset aqua a facie terrę/ denudauit Noe tectū Arcę quod fecerat/ & vidit q̄ defluxisset aqua a facie terræ. In secundo autē mense. 7. & 20. die mensis siccata est terra: & exijt Noe & vxor eius & filij eius & vxores filiorum suorum cum eo/ omnes bestiæ & omnia pecora/ & omnia reptilia quæ mouentur super terrā secūdū genus suum/ & omnia volatilia secundum genus eorum exierunt de Arca.

¶ Ab Adā vsq; ad diluuiū sunt āni. 2242. Secūdū hebræorū numerū 1656. Et facti sunt oēs dies Noe āni 950. & mortu9 est. Filij Noe. Sem/ Cam & Iaphet. Filij Sem. Elam vnde Elamitę/ Assur vnde Assyrij. Arphasath vnde Aradi. Lud vnde Lidij. Arain vnde Syrij. Aramei aūt Syriace dicunt filij Aram gentes barbarorū. Vsce algat9 q̄ mosos sūt sub Persas. Filij Cham Chus vnde æthiopes. Mestre vnde ægyptij. Furfur vnde ęthiopū gēs. Canaā cananei. Filij aūt Chus Sabba. vnde sabęi dicti Ab ista terra regina venit videre sapiētiā Salomonis. Euigilat gēs Elulea. Filij Iaphet. Gomor & Mogog/ Etinade & Iosan/ Etilisa & Thobel & Moso & Chitas. Filij Gomer. Ascani vnde gentes Gothicæ.

NAtiones Sem. Arphaxat genuit Sala: Sala aūt genuit Heber/ vñ Hebręi. Filij aūt Heber: Phalex & Iethan. Iethan autē genuit Elmoda et Aleph & Assarmoth et Iarach et Aodor & Eziel & Decla & Abimelech / Sabeth & Taphir & Euila & Iaob. Hi omnes sunt filij Iethan. Et facta est habitatio ipsorum a Masse vsq; 'dum venatur in Sepheta montem Orphesis. Hi filij Sem in tribus suas secundū linguas suas/ in regiōes suas/ & natiōes suas.

NAtiōes Cham. Sabbata & regia Sebeccata. Filij aūt Regia Sabba et Iudaclam. Chus autē genuit Nembroth. Hic cœpit esse gygas super terrā venator āte dominū. Et factum est in initio regni ei9 Babylon/ Oreg & Chalcadar & Iacar & Calanna. Et in terra Sanar vbi stauit Nabuchodonosor statuā suā. Et Menstren genuit Ludi & Enibia & Lbij & Neptalin & Patrionoin / & Casiionoin : vnde egressus est inde Philisti & Thachoro. Inchanaam autē genuit Sidona primogenitum: & Cethmeū & Eneum & Arucheum & Assemeum & Aradium & Samareum & Marti. Hi sunt filij Chā in tribus suas secūdū linguā suā & terris suis & gentibus eorum.

NAtiōes Iaphet. Eriphat & Iorgama. Filij Asson Clissa & Tharsis. & Citu & Rhodij. Ex his dispersis sunt insulæ gentium in terra eorū: vnusquisq; secundū linguā suā in tribus suas/ et gentib9 suis.

SEm fili9 Noe cū esset ānorū. 100. genuit Arphaxat secūdo āno post diluuium. Et vixit Sem postq̄ genuit Arphaxat/ ānis 500. & genuit filios & filias et mortu9 est. Arphaxat cū esset ānorū. 135. genuit Caynā. Et vixit Arphaxat postq̄ gēuit Caynā ānis. 430. & gēuit filios & filias. Caynā cū esset ānorū 130 gēuit Salla. Et vixit Caynā postq̄ gēuit Salla/ ānis 403. & genuit filios & filias et mortuus est. Salla cū esset ānorū. 130. genuit Heber. Et vixit Salla postq̄ genuit Heber: annis. 300. & genuit filios & filias & mortu9 est. Heber cū esset annorum. 134. genuit Phalech. Et vixit Heber postq̄ gēuit Phalech ānis. 270 & gēuit filios & filias & mortuus est. Phalech cū esset annorū. 130. gēuit Rhagau. Et vixit Phalech postq̄ genuit Rhagau: ānis. 290. & genuit filios et filias & mortuus est. Rhagau cū esset ānnorū. 132. genuit Saruch. Et vixit Rhagau postq̄ gēuit Saruch: ānis. 100. & gēuit filios & filias & mortuus est. Saruch cū esset annorū 130. gēuit Nachor. Et vixit Saruch postq̄ gēuit Nachor: annis. 200. & gēuit filios & filias & mortu9 est. Nachor cū esset ānorū. 89. gēuit Thara. Et vixit Nachor postq̄ gēuit Thara ānis. 129 & gēuit filios & filias & mortuus est. Thara cū esset annorū 70. gēuit Habraham & Nachor & Aram. Arā autem ante cōspectū patris sui mortu9 est. reliqtq; filiū q noiabatur Loth: quē sociū habuit Habrahā. Ab āno diluuij vsq; ad natiuitatem Habrahę sunt āni. 1720. Thara iste post mortē

filij sui Arã/adduxit omnes suos de sua regione & puicia.1.Assyriorũ vbi nati fuerũt/& Habraham & Nachor & Aram mortuum filium: & venit in terrã Chanaã/ et habitauit ibi ãnis.250. & mortu9 ẽ i carra vbi habitauit in regione Chananeorũ.

CVius Tharę anno 28. Assyriorũ rex primus Bel9 mortuus est/quẽ Assyrij deũ noiauerũt et alij dicũt Saturnũ: atq; filio suo regnũ tradiderunt. vocabatur autẽ Nin9. Huius Tharę anno.49. Sicyoniornm in Græcia regnauit Europs defuncto Aegialeo: qui primus Sicyoniorum regnauit/ ex quo territorium Peloponnesiorũ Aegialea vocabatur. Habraham Nachor Aram & cætera.

Nachor vir. Melcha coniunx.

Filij Melchæ	Filij Hismael
Ox	Nebeoth
Baux	Cedar
Camuel	Nabdeel
Cazar	Massa
Exau	Massina
Pheldas	Iduma
Pedaaph	Masse
Batuel. Iste est qui	Codar
supra Batuel ex	Themam
quo rebecca. hæc	Iethur
est vxor Isaac	Naphas
Cõcubina regina	Codma
Filij reginæ	Filij maziã.5.
Chaman	Sephar
Thabech	Nephar
Thocos	Enoch
Mocca	Abira
Nascũtur ergo	Regali
ex Nachore et	Cesa vxor habrahę
Melcha vxore filij	Filij Ceturę.6.
octo atq; neptis	Zembrã
Rebecca quę fuit	Iethaam
vxor Isaac & ex	Madai
Regina cõcubina	Maziã
nascũt filij quatuor.	Iestoch
omnes ergo filij	Esen
Nachor duodecim	Filij Lectaã.3.
Habrahã maritus	Sabba
Sarra vxor	Theba
Filij Sarræ	Dadan
Esau	Filij aũt Dadan.5
Iacob	Raguel
Cõcubina Agar	Nabdeel
ancilla Sarræ	Assurun
Hysmael	Latussum
	Iomim

H Abrahã primã ętatẽ apud chaldęos agebat. Postea autẽ cũ patre suo transmigrauit in charrã terram Chananeorũ: vbi visus est illi deus dicens. Exi de terra tua & de cognatione/tua & de domo patris tui/& veni i terram quã tibi ostẽdam:& faciam te in gẽtem magnã.& reliqua. Qui iussioni obaudiens: accepto filio Aram fratris sui exiuit cũ eo.& venit in terrã Chanaan vsq; ad locũ Sichẽ ad arborẽ excelsam: vbi visus est illi de9 atq; ꝑmissionem seminis atq; hęreditatis dedit. Erat autẽ tũc ãnorum 75. Habrahã aũt vixit ãnis.175. cuius tẽpora dinumerabimus/ãnis expositis. Sed quia tẽporib9 patris sui Tharę insignia regnorũ esse cœperũt: iã quidẽ quo anno fuerũt exposuimus. Modo aũt tẽporibus Habrahę annũ ad annũ cõparabimus: vt sciamus quid memoriæ dignum/ & quibus annis gestum sit/siue apud Hebręos/siue apud Græcos/siue barbaros/cęterasq; gẽtes quarũ historiographi memoriã fecerunt.

Q Vando natus est Habraham: iã regnabat rex secundus qui vocabatur Ninus filius Beli. Nã primus Assyriorũ regnauit Belus annis.65. quẽ Assyrij deũ nominauere Saturnũ. Quo defũcto regnũ accepit filius suus Nin9: qui regnauit annis.52. Huius regni ãno 43. erat primus ãnus Habrahæ. Sicyoniorum in Achaia regnabat rex secundus: cui nomen erat Europs. Nam primus eorũ regnauit Aegialeus: ex quo Aegialea vocabatur q̃ nunc dicitur Peloponnesus. qui regnauit ãnis.52. quo defuncto regnauit Europs annis.45. cuius annus erat.22. primus ãnus Habrahę. Nec non apud Aegyptios erat.16. potẽtia: sicut ait Manetho: per quem regnabant Thebei annis.190. quorũ primus ãnus erat æque primus Habrahæ.

¶ Sequitur in annis collectis Regũ omniũ series in diuersis regnis.

¶Reges gentiū diuersarū qui fuerunt: vel quantū regnauerunt.

¶Reges Assyriorum.

¶Ninus primus	añ.52
Semyramis.2	añ.42.
Zameis.3	añ.38
Arius.4	añ.30
Arasius.5	añ.40
Xerxes.6	añ 30
Armamitres.7	añ.38
Belotus.8	añ.35
Baleus.9	añ.52
Altadas.10	añ.32
Mamithus.11	añ.30
Mancalaeus.12	añ.30
Iphereus.13	añ.20
Mamilus.14	añ.30
Sparetus.15	añ.40
Ascades.16	añ.40.
Amyntes.17	añ.45
Belotus.18	añ.25
Belepares.19	añ.30
Lamprides.20	añ.32
Sosares.21	añ.20
Lampares.22.	añ.30
Panuias.23	añ.45
Sosarmus.24.	añ.19
Mitreus.25	añ.37
Tautanes.26	añ.32
Tauteus.27	añ.40
Thineus.28	añ.30
Dercilus.29	añ.40
Eupales.30	añ.38
Laosthenes.31	an.45
Piriciades.32	an.30
Ophrateus.33	añ.20
Ophratanes.34	añ.50
Ocrazapes.35	añ.42
Sardanapalus.36	añ.20

¶Reges hi.1240.añ. regnauerūt.

¶Reges Sicyoniorum

Europs primus	añ.45
Stelchin.2	añ.20
Apis.3	an.25
Thelasion.4	añ.52
Aegidius.5	añ.34
Thurimachus.6	añ.45
Leucippus.7	añ.53
Mesappus.8	añ.47
Eratus.9	añ.46
Plemmeus.10	añ.48
Orthopolis.11	añ.43
Marathus.12	añ.30
Marathus.13	añ.20
Echireus.14	añ.55
Chorax.15	añ.30
Epopeos.16	añ.35
Laomadon.17	an.40
Sicyon.18	añ.45
Polybus.19	an.40
Inachus.20	an.42
Phestus.21	an.8
Adrastus.22	an.4
Polyphides.23	an.31
Pelasgus.24	an.20
Zeuxippus.25	an.31

¶Reges hi regnauerunt annis.862. post quos sacerdotes carnij constituti sunt.

¶Reges Lacedemoniorū.

Euristheus prim9	an.42
Agis.2	an.50
Archestratus.3	an.35
Labotes.4	an.37
Doristus.5	an.29
Agesilaus.6	an.44
Archelaus.7	an.60

¶Lacedæmoniorũ Reges.

Telechus.8	an.40
Alcamenes.9	an.37

¶Macedonũ Reges.

Gramaus	an.28
Coenus	an.12
Tyrimas	an.38
Perdica.	an.51
Archeus	an.38
Philippus	an.38
Europs	an.26
Alcetas	an.29
Amyntas	an.50
Alexander	an.43
Perdicas	an.28
Archelaus	an.24
Orestes	an. 3
Archelaus	an. 4
Amyntas	an. 1
Pausanias	an. 1
Amyntas	an. 6
Argeus	an. 2
Amyntas iterũ	an.19
Alexander	an. 1
Ptolomęus	an. 4
Perdicas	an. 6
Philippus	an.27
Alexander magnus	an.12
Arrhideus	an.7
Cassander	an.19
Antigonus & Alexander	an. 4
Demetrius	an. 6
Pyrrhus	mẽ. 6
Lysimmachus	an. 5
Ptolomęus	an. 1
Meleagros	mẽ 2
Antipater	an. 1

¶Macedonũ Reges.

Sostẽnes	an. 2
Antigonus	an.36
Demetrius	an.10
Antigonus	an. 15
Philippus	an.42
Perses.	an.10

¶Itẽ Philippo. 24. Macedonum rege regnãte Asiæ primus regnauit

Antigonus	an.19
Demetrius qui & Polycrates	an.17

¶Syriæ & Asiæ.

Seleuchus qui & Nichanor	an.52
Antiochus soter.	an.19
Antiochus qui Theos	an.15
Seleuchus Gallinicus	an.20
Ceraunos	an. 3
Antiochus magnus	an.36
Seleuchus qui & Philopator	an.12
Antiochus Epiphanes	an. 11
Antiochus qui & Eupator	an. 2
Demetritus qui & Soter	an. 12
Alexander	an.10
Demetrius iterũ	an. 3
Antiochus sidetes	an. 9
Demetrius	an. 4
Antiochus grippus	an.12
Antiochus cizicenus	an.18
Philippus	an.2

¶ Post Assyriorū reges: Mœdorū regēs regnant.

Arbaces.1	an.28
Sosarmos.2	an.30
Medidus.3	an.40
Cardiceas.4	an.13
Deiocles.5	an.54
Phaortes 6	an.24
Cyaraxes 7	an.32
Astyages 8	an.38

¶ Persarum

Cyrus 1	an.30
Cambises 2	an. 9
Fratres magi 3	mē. 7
Darius 4	an.36
Xerxes 5	an.20
Artabanus 6	an. 7
Artaxerxes 7	an.40
Xerxes 8	mē. 2
Sogdianus 9	an.18
Darius nothus 10	an 19
Artaxerxes qui & Mnemon.11	an.40
Artaxerxes 12 qui et Ochus.	an.26
Arses 13	an. 4
Darius arsam filius 14	an.6

¶ Subuerso Persarū regno regnat Alexander añ.6. Incipiēte alexādrinorū regno regnat ægypto.

Ptolemęus Lay filius	an.40
Ptolemęus philadelphus	an.38
Ptolemęus tertius euergetes	an.26
Ptolemęus philopator	an.17
Ptolemęus epiphanes	an.24
Ptolemęus philometor	an.25
Ptolemęus euergetes	an.20
Ptolemęus phiscō siue botē	an.17
Ptolemęus alexander	an.10
Ptolemęus cleopatrę filius	an. 8
Ptolemęus dionysius	an.30
Cleopatra	an.22

Post ipatores romanorū regnauerīt

¶ Reges argiuorū. 16. dinastia ægyptiorū ãno.16. primus argiuorū regnat.

Inachus.1	an.50
Phoroneus.2	an.60
Apis.3	an.35
Argus.4	an.70
Grassus.5	an.54
Phorbas.6	an.35
Troyphas.7	an.46
Crothopus.8	an.21
Stenelus. 9	an. 11
Danaus.10	an.50
Lynceus.11	an.41
Abbas.12	an.23
Proetus.13	an.17
Acrisius.14	an.31

¶ Argiuorū regnum transfertur in Micenas.

¶ Micenarū

Perseus.1	an
Stenelus.2	an.
Euristheus.3	an.45
Atreus & Thyestes fratres.4	an.65
Agamemnon.5	an.35
Aegystus.6	an.
Orestes.7	an.
Thisamenus.8	an.
Penulus.9	an.
Cometes.10	an.

Vsq; ad Heraclidarū descensum.

¶ Reges Corinthiorũ

Reges Lacedęmoniorũ primo
Euristeo anni eius primo primus
Corinthiorũ regnauit Aletꝰ an.35
Tryon.2 an. 2
Agilaus.3 an.37
Pryminas.4 an.35
Bacis.5 an.53
Agelas.6 an.30
Eridemus.7 an.25
Aristhemedes.8 an.35
Egemon.9 an.16
Alexander.10 an.25
Phelesteus.11 an.12
Antomenes.13 an. 1

¶ Item Lidorum.

Ardisus an.26
Aliactes an.14
Meles an.12
Candaules an.17
Gyges an.35
Ardis an.37
Sadiates an.15
Aliates an.4
Crœsus an. 5
¶ Hi reges regnauerunt.

¶ Reges Atheniensium.

Rege.6.Argiuorũ phorbe anni eius 22.regnauit Atheniensiũ primus
Cecrops.1 an.50
Granaus.2 an. 9
Amphitrion 3 an.10
Erichthonius.4 an.50
Pandion.5 an.40
Erichtheus.6 an.50

¶ Atheniensium reges.

Cecrops.7 an.40
Pandian.8 an.25
Ageus.9.padionis filius an.48
Thefeus.10 an.30
Mnetheus.11 an.24
Demophoon.12 an.33
Oxintes.13 an.12
Aphidas.14 an. 1
Timoetes.15 an. 8
Melanthus.16 an.37
Codrus.17 an.21
¶ Hinc magistratus quoad vixerunt regnauerũt: quorum primus
Meodon 1 an.10
Augastus.2 an.19
Archippus.3 an.19
Terchippus.4 an.41
Phorbas.5 an.31
Mezades.6 an.30
Diogenetus.7 an.28
Pheredus.8 an.19
Ariphrom.9 an.20
Thesipieus.10 an.27
Agamnestor.11 an.20
Aeschylus.12 an.23
Alcamenon.13 an. 2
Carops.14 an.10
Aesimedes.15 an.10
Elidicus.16 an.10
Hippomenes.17 an.10
Leocrates.18 an.10
Absandor.19 an.10
Eryxias.20 an.10
¶ Hinc principes annui cõstituti regnauerunt.

¶ Hebręorũ

Habraham an.100
Isaac añ.60
Iacob añ.121
Ioseph dux Aegypti an.80
Hebręi seruiũt in Aegypto. añ.144

¶ Hinc duces

Moyses añ.40
Iesus añ.27

¶ Hinc Iudices

Othoniel añ.40
Aoth añ.80
Barach añ.40
Gedeon añ.40
Abimelech añ. 3
Thola añ.22
Iair an. 22
Iepthe an. 7
Esebon añ. 7
Labdon añ. 8
Sampson añ.20
Heli sacerdos añ.40
Samuel & Saul rex an.40

¶ Hinc reges

Dauid rex an.40
Salomon añ.40
Roboam añ.17
Abias añ. 3
Asa añ.41
Iosaphat añ.25
Ioram añ. 8
Ochozias añ. 1
Gotholia añ. 7
Ioas an.40
Amasias an.29
Ozias an.52
Ioathan an.16
Achaz an.16
Hezechias an.29
Manasses an.55
Amon an.12
Iosias an.32
Ioachaz mẽ. 3
Ioachim an.11
Iechonias an. 3
Sedechias an.11

¶ Iudęorum captiuitas an.70. sub regib9 gẽtiũ deide fuerũt ãni

Post hos uerũ Duces hi.

Iudas machabeus an. 3
Ionathas an.19
Simon an. 8
Hyrchanus an.26

¶ Hinc reges alienigenę.

Aristobolus an 1
Ianne9 qui & Alexander. an.27
Alexandra an. 9
Hyrchanus pontifex an.34
Herodes rex an.27
Archelaus dux an. 9
Herodes tetrarcha an.24
Agrippa an. 8
Agrippa rex an.26

¶ Hebręorum regnum a Romanis finitũ est. ¶ Itẽ reges i Israel

Ieroboam an.22
Nabab an. 2
Baasa an.24
Hela an. 2
Ambri an.12
Achab an.22
Ochozias an. 2
Ioram an.12
Hieu an.28
Ioachab an.17
Ioas an.16
Hieroboam an.41
Zacharias an. 6
Sellum an. 3
Lanaen an.10
Phaceas añ.10
Phacee an 20
Osee an. 9

❡ Itē Aegyptiorum dinastia.i. potestas sextadecima sub Thebeis an. 190.

❡ Pastores. 17.dinastia	an.103
❡ 18.Dinastia politanorū	an.348
Amasis.1	an.24
Chebron.2	an. 13
Ammenophis.3	an. 21
Mephres.4	an. 12
Misphar mutosis.5	an.26
Tuthinosis.6	an. 9
Amenoptes.7	an. 31
Orus.8	an.38
Acencris.9	an. 12
Achoris.10	an. 9
Chencres.11	an. 16
Acherres.12	an. 8
Cherres.13	an. 15
Danaus.14	an. 5
Aegyptus.15	an.68
Menophis.16	an.40
❡ 19.Dinastia.	an.194
Zethus.17	an.55
Ramses.18	an.66
Amenophis.19	an.40
Ammenemes 20	an.26
Thuoris.21	an. 7

❡ 20.Dinastia.an.177.
21.Dinastia regnauit.

Smendis	an.26
Psusenses	an.41
Nephercheres	an. 4
Ammenophis	an. 9
Osochor	an. 6
Spinaces	an. 9
Psusennes	an. 35

❡ 22.Dinastia.

Sesoncoris	an.21

❡ Aegyptiorū.

Osorthon	an. 15
Tachelotis	an.13

❡ 23. Dinastia

Petubostis	an.25
Osorthon	an. 9
Psammus	an.10

❡ 24.Dinastia.

Bochoris	an.44

❡ 25.Dinastia.

Sabachon	an.12
Sebicus	an.12
Tharachus æthiops	an.20

❡ 26.Dinastia.

Merres æthiops	an.12
Stephinatis	an.7
Nichepsos	an.6
Psameticus	an. 44
Nechac qui & Nechephos	an. 6
Psammites alius qui & Psammeticus	an.12
Vaphres	an. 30
Anamasis	an.42

❡ 27.Dinastia In qua Cābyses Persarū rex obtinuit ægyptū vsq; ad Darium filiū Xerxis. an.150
Deiceps Alexādrinę vsq; ad Octauianū Augustū regnauerunt.

¶ Item Latinorum reges

Ianus	an.
Saturnus	an.
Picus	an
Faunus	an
Latinus	an.

¶ Hi regnauerũt sil circiter an. 150

Aenças	an. 3
Ascanius	an.38
Syluius	an.39
Aenças syluius	an.31
Latinus syluius	an.50
Alba syluius	an.39
Aegyptus syluius	an.24
Capis syluius	an.28
Calpetus syluius	an.13
Tyberius syluius	an. 8
Agrippa syluius	an.40
Aremulus syluius	an.19
Auentinus syluius	an.37
Procas syluius	an.23
Anulius syluius	an.44

¶ Romanorum reges

Romulus	an.28
Numa pompilius	an.41
Tullius hostilius	an.32
Ancus marcius	an.23
Tarquinus priscus	an.37
Seruius	an.34
Tarquinus superbus	an.35

¶ Romę post reges exactos cõsules quotãnis bini creati. Et in maximis vrbis calamitate quãdoq; etiam creabatur dictator.

Brutus primus	cõsul
Lucius	consul
Largus dictator primus	

Titus publicus & Marcus Cneus
Tribuni decemviri loco consulum fuerunt instituti.
Camillus dictator
Titus quintius dictator
Caius martius
Marcus valerius
Manlius decius
Papyrius consul
Fabius quintus Decius Consul
Dolobella Domitius
Hęmylius consul
Marcus Curius Consul
Geuntius Consul
Appius Claudius
Cneus Caius
Actilius Regulus
Hęmylius Fabius
Lucatius Consul
Sompronius Valerius
Fuluus
Lucius Caius
Scipio Flamminius
Paulus Terentius
Scipio Africanus
Quintus Flamminius
Marcus Cato
Tiberius Graccus
Publius Longinus Licinius
Lucius Paulus Hęmylius
Lucius aulius Licinius
Lucius censorinus Mare
Seruius flaccus fuluius quintus,

Lucius cęlius metallus quitus dictus
Fabius quintus marcus
Publius lucius calphurnius
Caius quintus scipio manlius
Iulius lucius marcus
Silla marius Caius
Pompeius marcellus

¶ Imperatores romanorum.

Caius Iulius Cęsar an.4.mēses.7
Augustus Cęsar an.56.men. 6
Tiberius an.24
Cęsar Caligula an.3.mē.10
Claudius an.13.mē.10.dies.20
Nero an.12.mē.7 dies 29
Vespasianus an.9.mē.10.dies.20
Titus an.2.mēses.2
Domitianus an.15.mēses.5
Nerua an.1.mē.4
Traianus an.19.mē.7
Hadrianus an.21
Antonius pius cū filijs
Aurelio & Lucio an.22.mē.3
Marcus Antonius qui & verus &
Lucius aurelius
Commodus an.29
Commodus an.16
Helius pertinax mē. 6
Seuerus añ.19
Antonius Caracalla an. 6
Macrinus an. 1
Marcus aurelius an. 2
Antonius an. 4
Alexander Mamę
filius an.13
Maximus an. 3
Gordianus an. 6
Philippus an. 7
Decius an.1.mē.3
Gallus & Volusianus
Valerianus & Gallienus an.15
Claudius anno.1.mē. 9
Aurelianus an.5.mē.6
Tacitus menses.6
Phocianus.8 dies.89
Probus.6 mē. 4
Carus cū filijs Carino & Numeraria
no an. 2
Dioclitianus an.20
Valerius an. 2
Constantinus an.30. mē.10
Constantinus Constātius & Constans an.34.menses.5.dies.13
Iulianus apostata.an.2.menses.8
Iouinianus mē. 8
Valentianus & Valēs an.14. mē.15

¶ Itē lucidissima veritate scđm Alphonsum regē castellę astronomorū celebratissimū ab Adā vsq ad cataclysmū añ.2402.đ.315.dña.161.đ.50.ad supius notatū numerū videlz 2242. A cataclysmo vsq ad Habrahā et transmigrationē in terra Chanaam an.1015

¶ Habitatio oīs generis Israel'i ťra Chanaā & i terra ægypti an.430
Moyses in eremo an. 40
Iesus naue & q post ipm pbri an.55
Iudicū et sine principibus & pacis tempore an.490
Sacerdotū & Iudicū an.90
Regnum hebręorū an.490
Captiuitatis & destructionis Hierusalem an.70
Persarū regnum an.230
Macedonū principatus cum Alexandrinis & Ptolomęis an.300
Imperiū Romanorū vsq ad saluatorem & resurrectionē eius. an.740
In se omnes anni in tempus suprascriptum an.5726

	¶Regnū Assyriorum		¶ Regnum Sicyoniorum.
	PRimꝰ oīm Asię exceptis Indis Ninus Beli filius regnauit. Quē Belū Assyrij deū sibi nominauerūt. Huius Nini 43 anno imperij sui natꝰ est Habrahā.		IN grecia vero secūdus Sicyonijs iperauit Europs ānis 45. Cuius regni 25. anno natꝰ est Habraham.
43	¶Ninus cōdidit ciuitatē Ninū in	22	¶Nino regnante apud Assyrios
44	regione Assyriorū quā Hebręi vo	23	primꝰ Sicyonijs iperauit Aegia-
45	cāt Niniuē: quę ad pręsens Nisi-	24	leus añ.52. a quo Aegialea nun-
46	bis nuncupatur.	25	cupata est: quę nūc Peloponesus
47		26	vocatur. Post quē secundus Eu-
48	¶Zoraſtes magnus rex Bactria-	27	rops qui & prelatus est titulo.
49	norū clarus habetur aduersus quē	28	
50	Ninus dimicat.	29	
51		30	
52		31	
	¶Assyriorū rex secūdus Semiramis regnauit ānis.42.		
1	¶Assyrijs iperauit vxor Nini Semi	32	
2	ramis de qua innumerabilia narrā	33	
3	tur: quę & Asiā tenuit & ꝑpter in-	34	
4	undationē aggeres cōstruxit pluri	35	
5	ma Babylonię vrbis instaurans.	36	
6		37	
7		38	
8		39	
9		40	
10		41	
11		42	
12		43	
13		44	
14		45	
			¶ Sicyoniorū.3. Selchim annis.20.
15		1	

Regnum Hebræorum.	Regnū Aegyptiorū.	Anni mūdi
21	¶Drepanā Bythinię ciuitatē ĩ honorē martyris	320	
¶Oly.	Luciani ibi cōditā: Cōſtātinus inſtaurās ex voca		
197.	bulo matris ſuæ Helenopolin appellauit.		
22	¶In Antiochia dñicū qđ vocaŧ aureū ædificari cœ	331	
	¶Cōſtantinus vxorem ſuā Fauſtā interficit.(ptū.		
	¶Donatus agnoſciŧ:a quo per Africā Donatiani.		
	¶Antiochiæ poſt Tyrrānū.20.ordinaŧ eṗs Vitalis.		
	Poſt quē Philogonꝰ.21.cui ſuccedit.22.Paulinus.		
	Poſt quē.23.Euſtachiꝰ:quo ĩ exiliū ob fidē truſo		
	vſq; in pn̄tē diē Arrhiani eccl'iā occupauerūt.i.Eu=		
	labiꝰ Euſebius/Euphroniꝰ/Placillus/Stephanꝰ/Le		
	ontiꝰ/Eudoxiꝰ/Meletius/ Euzoicus Dorotheus.		
	Rurſū Meletius:quorū idcirco tempora nō digeſſi		

¶Anni mundi.	¶Romanorũ		¶Anni dñi.
		eo q̃ hoſtes potius Chriſti q̃ ep̃os iudicē. (explicat	
5530	23	¶Iuuēcꝰ pbr̃ natiōe Hiſpanꝰ: euãgelia heroicis verſibꝰ	332
		¶Porphyriꝰ miſſo ad Cõſtãtinũ iſigni volumie exilio liberat̃.	
	24	¶Alexãdrinę eccl'ię. 36. ordinat̃ ep̃s Athanaſius: q	333
		ab Arrhianis pſecutus ad Cõſtantinũ refugit.	
	25	¶Cõſtãtinopolis dedicat̃ pene oim̃ vrbiũ nuditate	334
		¶Metrodorus Philoſophus agnoſcitur.	
¶Olymp̃. 278.		¶Romę. 32. ordinat̃ ep̃s Marcꝰ mēſibꝰ. 8. Poſt quē	
		33. ordinatus eſt Iulius. añ. 16. mē. 4.	
	26	¶Edicto Cõſtãtini: gētiliũ tēpla ſubuerſa ſunt.	335
	27	¶Romani Gotthos: i Sarmatarũ regiōe vicerunt.	336
		¶Cõſtantinus filius Cõſtãtini prouehit̃ ad regnũ.	
		¶Peſtilētia & fame inumerabilis multitudo: i Sy	
		ria Cyliciaq̃ periјt.	
	28	¶Sarmatę litigãtes dños ſuos: q nũc Arcaragãtes	337
	29	vocantur/ facta manu in Romanũ ſolũ expulerunt.	338
¶Olymp̃. 279.		¶Callocerꝰ i Cypro res nouas molit̃ & opprimit̃.	
	30	¶Cõſtãtinꝰ cũ liberis ſuis/ honorificas ad Antoni	339
		um Monachum literas mittit.	
		¶Tricēnalibꝰ Cõſtãtini Dalmatiꝰ Cæſar appellat̃	
		¶Pather Rhetor Romæ glorioſiſſime docet.	
		¶Nazarij Rhetoris filia Eunomia virgo Chriſtia	
		na in eloquentia patri coęquatur.	
		¶Tiberianus vir diſertus pretorij Gallias regit.	
		¶Euſtachiꝰ Cõſtãtinopolitanꝰ p̃ſbyt̃ agnoſcit̃. cuiꝰ	
		induſtria in Hieroſolymis martyriũ cõſtructũ eſt.	
	31	¶Conſtantinus extremo vitæ ſuę tp̃e ab Euſebio	340
		Nicomediēſi ep̃o baptizatꝰ i Arrhyanũ dogma de	
		clinat: a quo vſq; in p̃ſens tēpus eccleſiarũ rapinæ	
		& totius orbis eſt ſecuta diſcordia.	
		¶Cõſtãtinꝰ cũ bellũ pararet in perſas/ in Acirone	
		villa publica iuxta Nicomediã morit̃: anno ætatis ſuæ. 66.	
		¶Poſt quē liberi eiꝰ tres ex Cęſaribꝰ auguſti apellãtur.	
¶Romanorũ. 35. regnauit Cõſtãtinꝰ Cõſtãtiꝰ & Cõſtãs ã. 24. m. 5. d. 13.			
	1	¶Abladiꝰ pręfectꝰ pretorij & multi nobiliũ occiſi.	341
		¶Sapor rex Perſarũ Maſopothamia vaſtata: duo	
		bus ferme menſibus Niſibin obſidet.	

¶ Romanorū		¶ Anni dñi.	¶ Anni mundi.
	¶ Dalmatiꝰ Cæsar quē patruꝰ Cōstātinꝰ cōsortē re		
	gni filijs reliq̄rat: factiōe Cōstātij patruelis/& tu-		
	multu militari itermitur anno imperij sui tertio.		
	¶ Iacobus Nisibenus eps agnoscit: ad cuius preces		
	sæpe vrbs discrimine liberata est.		
2	¶ Ex hoc loco ipietas Arrhyana Cōstātij regis ful	342	5540
	ta p̄sidio/exilijs carceribꝰ & varijs afflictionū modis		
¶ Oly.	primo Athanasiū. deide oēs nō suæ ptis epos plecuta est.		
3 280	¶ Cōstātinꝰ bellū fri iferēs: iuxta Aqleiā alse occidit	343	
	¶ Vario euētu aduersū Frācos: a Cōstāte pugnatur		
4	¶ Multę Oriētis vrbes fremotu horribili cōciderūt.	344	
	¶ Audeꝰ i Syria coele clarꝰ hēt: a quo hæresis Audiana.		
	¶ Frāci a Cōstāte pdomiti: & pax cū eis facta.		
	¶ Hermogenes magister militiæ Cōstantinopolin		
	tractus a populo/ob episcopū Paulū: quē regis im		
	perio & Arrhyanorū factione pellebat.		
5	¶ Antiochię dominicum aureum dedicatur.	345	
	¶ Macedoniꝰ artis Plumariæ i locū Pauli ab Arrhy		
	anis epis subrogat: a quo nūc heresis macedōiana.		
	¶ Paulꝰ crudelitate p̄fecti Philippi (nā fautor ma		
	cedonij ptiū erat) & Arrhyanorū isidijs strāgulat.		
6	¶ Maximinꝰ Treuerorū eps clarꝰ hēt: a quo Atha	346	
¶ Oly.	nasius Alexādriæ eps/cū a Cōstantino quęreret		
281.	ad pœnā/honorifice susceptus est.		
7	¶ Sapor persarū rex: Cristianos persequitur.	347	
	¶ Neo Cęsarea in pōto subuersa excepta ecclia:		
	ab epo cæterisq̄qui ibidē reperti sunt.		
	¶ Tytianus vir eloquēs: p̄fecturā Pretorij apud		
	Gallias administrat.		
8	¶ Athanasius ad Cōstātis lrās: Alexādriā regredit	348	
	¶ Dyrachiū corruit terręmotu: & tribꝰ diebꝰ ac no		
	ctibꝰ Roma Nutauit/plimęq; Cāpanię vrbes vexatæ.		
9	¶ Magnis reipu. expēsis i Seleucia syrię portꝰ effectꝰ	349	
10	¶ Rursū Sapor tribus mēsibus obsidet Nisibin.	350	
	¶ Eusebius Emesenus Arrhyanę signifer factiōis:		
¶ Oly.	multa & varia cōscribit.		
282.	¶ Solis facta defectio.		

Anni mundi.	Romanorũ		Añ.
	11	ℂBellũ Persicũ nocturnũ apud Singarã .i quo haud dubiã victoriã militũ stoliditate pdidim⁹. Neq; vero vllũ Cõstãtio ex nouẽ grauissimis plijs cõtra persas grauius bellũ fuit. Nã vt alia omittã Nisibis obsessa Bizabde & Amida captæ sunt.	351
		ℂQuadragesim⁹ Maxim⁹ post Machariũ Hierosolymorũ eps̃ morit̃ prim⁹ p⁹ quẽ eccl'iam Arrhiani iuadũt Cyrill⁹ Euchichi⁹. rursũ Cyrill⁹ Hirene⁹. Tertio Cyrill⁹ Hylari⁹. q̃rto Cyrill⁹. quorũ Cyrill⁹ cũ a Maximo fuisset p̃sbyt̃ ordinat⁹: & post mortẽ ei ab Acacio epo Cæsarieñ. & cetis Arrhianis epis/ epat⁹ pmitteret̃ si ordinationẽ Maximi repudiasset diacon⁹ i ecclia ministrauit: ob quã ipietatẽ sacerdotij merce de pẽsatus ĩ Heracliũ/ quẽ moriẽs Maximũ isuũ locũ substituerat: varia fraude solicitãs de epo i p̃sbyterũ regradauit: quo i	
5550	12	ℂRomanæ eccliæ. 34. ordinat̃ eps̃ Tiberi⁹. (exilio ob fidẽ truso oẽs clerici iurauerũt vt nullũ aliũ suscipent. Verũ cũ Fœlix ab Arrhianis fuisset i sacerdotiũ substitut⁹ plimi piurauerũt: & post ãnũ cũ Fœlice eiecti sũt quia Liberi⁹ tædio vict⁹ exilij & i hereticã prauitate subscribẽs Romã quasi victor intrauerat.	352
	13	ℂMagnetio apud augustudunũ arripiẽte imperiũ: Cõstãs haud longe ab Hispania i castro cui Helene	353
	14	nomẽ est: iterficit̃ ãno ætatis. 30. ipij vero sui ãno 13. quãobrem turbata repub. Vetranio Mursæ Nepotianus Romę imperatores facti.	354
ℂOlymp. 282.		ℂVictorin⁹ natiõe Afer Romę Rhetoricã docet.	
	15	ℂRomę ppl's aduersũ Magnẽtiacos rebeliãs ab Heraclida Senatore proditur.	355
	16	ℂNepotiani caput pilo p vrbẽ circũ latũ: multæq; p̃scriptiones nobiliũ & cædes factæ.	356
	17	ℂVetranioni apud Naisum a Constantio regiũ insigne detractum.	357
		ℂMagnesi⁹ Mursę vict⁹: i quo p̃lio romanę vires cõciderũt	
		ℂGallus Cõstãtij patruelis Cæsar factus.	
		ℂGallus Iudęos qui iterfectis p noctẽ militib⁹/ arma ad rebellãdũ inuaserãt/ oppressit cæsis multis hoim	

¶Romanorũ | ¶ Anni dñi. | ¶ Anni mundi.

militib⁹ vsq; ad inoxiã ætatẽ: & ciuitates eorũ dioce-
sariã Tiberiadẽ & Diospoli plurimaq; oppida igni tradidit.
¶Nõnulli nobiliũ Antiochiæ a Gallo interfecti.
¶Syriæ populis crucis signũ & maximo cõspiciẽ-
tiũ terrore in Oriẽtali plaga apparuit.
18 ¶Magnẽti⁹ Lugduni ĩ palatio ꝓpria se manu ĩter- 358
fecit: & Decẽti⁹ frater ei⁹ quẽ ad tuẽdas Gallias Cę-
¶Oly. sar miserat apud Senonas laqueo vitam explet.
284 ¶Gennadi⁹ Forẽsis Orator: Romę ĩsignis habet.
19 ¶Mineru⁹ Burdegalẽ. Rhetor romæ florẽtissĩe docet. 359
¶Gall⁹ Cæsar solicitat⁹ a Cõstãtio patrueli: cui in
suspicionẽ ob egregiã ĩdolẽ venerat/ĩ Istria occidit.
¶Syluan⁹ in Gallia res nouas molitus. 29. die extinctus est.
20 ¶Victorin⁹ Rhetor & Donat⁹ Grãmatic⁹ ꝑceptor 360
me⁹ Romæ insignes habent: e quibus Victorinus
etiã statuã in foro Traiani meruit.
¶Paulin⁹ & Rhadian⁹ Galliarũ epi: in exiliũ ob fidẽ trusi.
¶Alcim⁹ & Delphidi⁹ Rhetores: ĩ Aquitania florẽtissime docent.
¶Petrus Cæsar Augustæ Orator insignis docet.
¶Donat⁹ a quo supra donatianos ĩ Africa dici meorauim⁹
Carthagine pellit. Quidã sectatores ei⁹ etiã mõtẽ-
ses vocãt: eo q᷑ eccl'iã Romę primã ĩ mõte hẽre cœperint.
¶Eusebi⁹ Verselẽsis eps & Lucifer ac Dionysi⁹ Ca-
ralitanæ & Mediolanensis eccl'iæ episcopi.
¶Pãcrati⁹ quoq; Roman⁹ pbr & hylari⁹ diacon⁹:
distãtib⁹ iter se ab Arrhyanis & Cõstãtio/dãnatur exilijs.
¶Iulian⁹ frater Galli Mediolani Cęsar appellatur.
21 ¶Antoni⁹ Monachus. 105. ętatis ãno ĩ eremo mo- 361
rit/solit⁹ mẽtis ad se veniẽtib⁹ de Paulo quodã The-
bęo miræ btitudinis viro referre q̃plura: cui⁹ nos
exitũ breui libello explicauimus.
¶Hylari⁹ eps Pictauiẽsis: factiõe Saturnini Arelatẽsis
epi reliquorũq; q cũ eo erãt Arrhyanorũ ãte trieniũ
in Phrygiã pulsus/libros de nostra religiõe cõponit
¶Reliquię apl'i Timothei Cõstãtinopolin inuectæ.
¶Sarmata/Amatas & Machari⁹ discipli Antonij insignes habẽtur.

¶ Anni mundi	¶ Romanorũ		¶ Anni dñi.
		¶ Liberius eps Romanorũ: in exilio mittitur.	
		¶ Magnæ Alemanorũ copiæ apud Argentoratũ	
		oppidũ Galliarũ: a Cæsare Iuliano oppressę.	
5560	22	¶ Sarraceni monasteriũ bti Antonij irruẽtes: Sar	362
		matam interficiunt.	
	¶ Oly.	¶ Cõstãtio Romã igresso ossa Andreę apl'i & Lucæ	
	21285	euãgelistæ: a cõstãtinopolitãis miro fauore suscepta	363
		¶ Nicomedia terręmotu funditus euersa: vicinis vr	
		bibus ex parte vexatis.	
		¶ Paulin9 Treuerorũ eps: in Phrigia exulãs morit	
		¶ Euãti9 eruditissimus Grãmaticorũ Cõstãtinopo	
		li diẽ obijt: i cui9 locũ ex Africa Cretus adducitur.	
		¶ Synod9 apud Aryminũ & Seleuciã Isauriæ facta	
		in qua antiqua patrũ fides / decẽ primo legatorũ /	
		dehinc omniũ proditione dãnata est.	
		¶ Honorat9 ex præfecto pretorio Galliarũ: prim9	
		Cõstãtinopoli Pręfectus vrbis factus.	
		¶ Gratianus qui nũc imperator est nascitur.	
	24	¶ Hylarius cũ apud Constantinopolin librũ pro	364
		se Constantio porrexisset: ad Gallias redit.	
		¶ Macedonius Constantinopoli pellitur.	
		¶ Omnes pene toto orbe eccl'ię sub noie Pacis &	
		regis Arrhyanorũ cõsortio: polluũtur.	
		¶ Cõstantinopoli: ecclesiarũ maxima dedicatur.	
		¶ Meletius Sebastię Armeniorũ eps / ab Acatio &	
		Georgio epis Arrhyanis Antiochiã trãsfert. & nõ	
		post grãde tẽporis interuallũ cũ presbyteros qui ab	
		Eudoxio antecessore suo depositi fuerãt / suscepisset:	
		exilij iustissimã causã subita fidei mutatione delusit.	
		¶ Gallia p Hylariũ Arrhyanẽsis pfidię dolũ dãnat.	
		¶ Cõstãti9 Mopsocrenis inter Cyliciã Cappadoci	
		amqȝ moritur anno ætatis .45.	
¶ Romanorũ. 36. regnauit Iulianus añ. 1. mẽ. 7. vel vt aiũt alij añ. 2. mẽ. 8.			
		¶ Iuliano ab Idolorũ cultu cõuerso blãda psecutio	365
		fuit illiciẽs magis q̃ ipellẽs ad sacrificãdũ: in qua	
		multi ex nostris voluntate propria corruerũt.	
		¶ Georgio p seditionẽ ppl'i icẽso / q i locũ Athanasij ab	

¶Romanorū ¶Anni dñi. ¶Anni mundi.

Arrhyanis fuerat ordiat⁹: Athanasi⁹ Alexādrinā re

1 ¶Eusebius & Lucifer de exilio regrediūtur: (uertis. e qb⁹ Lucifer accitis duobus alijs cōfessorib⁹ Paulinū Eustachij epī p̄sbyterū/ q se nūq̄ hęreticorū cōicne polluerat i parte catholica Antiochię epm̄ facit. 366

¶Prohæresius Sophista Atheniēsis lege data: ne Christianı liberaliū artiū doctores essēt/ quū sibi specialiter Iulian⁹ cōcederet/ vt Christianos doceret scholā sponte deseruit.

¶Hemylianus ob ararū subuersionē Dorostori a Vicario incēditur.

¶Eccl'ia Antiochiæ clausa & grauissima iminētis p̄secutiōis ꝓcella: dei volūtate sopita ē. Nā Iulian⁹ i Persas ꝓfect⁹/ nr̄m post victoriā dijs sanguinē vouerat. Vbi a quodā simulato pfuga ad deserta pductꝰ: quū fame & siti apostata pdidisset exercitū/ & i cōsulti⁹ a suorū erraret agmīb⁹/ ab obuio forte hostium milite conto ilia ꝓfoss⁹ iterijt/ āno ętatis. 32. Post quē sequēti die Iouian⁹: ex primocerio domesticorū/ iperator fact⁹.

¶Oly. 286

¶Romanorū. 37. regnauit Iouianus mensibus. 8

1 ¶Iouian⁹ rerū necessitate cōpulsus: Nisibim & magnā Mesopotamię ptē Sapori Persarū regi tradidit 367

¶Synodus Antiochię a Meletio & suis facta: i qua omousion i omoeusion, eoq; reiecto medio iter hęc omoeusion Macedonianū dogma vindicauerūt.

¶Iouianus cruditate siue odore prunarū quas nimias adoleri iusserat Dadastanæ moritur anno ætatis. 34.

¶Post quē Valētinian⁹ tribun⁹ Scutariorū: e Pānonia Cibalēsis apud Niceā August⁹ appellat⁹ fratrē Valētē Cōstātinopoli i cōmunionē regni assumit

¶Romanorū. 38. regnauit Valētinian⁹ & Valēs ān. 13. mē. 5

1 ¶Valētinian⁹ egregi⁹ ali⁹ ipator & Aureliano moribus similis: nisi q̄ seueritatē ei⁹ nimiā & pcitatē quidam crudelitatē & auaritiā interpretabātur. 368

2 ¶Terręmotu p totū orbē facto: mare littus egreditur & Sicilię multarūq; insularū vrbes & innumerabiles populos oppressere. 369

¶Procopius q apud Cōstātinopolin tyrānidē iuaserat: apud Phrygiā salutarē extīctus est/ & plurimi

¶Anni mundi.	¶Romanorũ		¶Anni dñi.
		Procopianæ partis cæsi atq; proscripti	
		¶Romanæ ecclię 35.ordinat eps Damasus:	
		multũ tpis interuallũ vrsinus a qbusdã epis cõstitutꝰ:	
		Siciniũ cũ suis inuadit/a quo Damasianę ptis pplo cõ	
		fluẽte crudelissime iterfectiões diuersi sexꝰ pperrarę.	
	3	¶Valẽs ab Eudoxio arrhyanorũ epo baptizatꝰ nros pse.qt.	370
¶Olymp.287.		¶Gratianꝰ Valẽtiniani filiꝰ: Ambianis ipator factus.	
	4	¶Tãta Cõstãtinopoli ẽ orta tẽpestas: vt mirę magni	371
		tudinis decidẽs grãdo/nõnullos hoim interfecerit.	
		¶Apud Atrabatas lana e cęlo pluuiæ mixta defluxit.	
5570	5	¶Hylarius eps Pictauiẽsis moritur.	372
		¶Nicæa q̃ sępe ãte corruerat: træmotu fũditꝰ euersa.	
		¶Libaniꝰ Antiochenus: Rhetor insignis habetur.	
	6	¶Agon Cõstantinopoli a Valente redditus.	373
		¶Hartanaricus rex Gotthorũ/in Christianos ꝑsecu	
		tione cõmota plurimos itefecit:& de ꝓprijs sedibus	
		in Romanũ solum expellit.	
	7	¶Eusebius eps Vercellensis morit.	374
		¶Constantinopoli aplorũ martyriũ dedicatur.	
		¶Magna fames in Phrygia.	
		¶Lucifer Caralitanꝰ eps morit: qui cũ Gregorio epo	
¶Olymp.288		Hispaniarũ & Philone Lybiæ/nunq̃ se Arrhyanæ mi-	
		scuit prauitati.	
	8	¶Maximꝰ ꝑfectus Annonę maleficos ab impatore	375
		inuestigare iussus: plurimos Romæ nobiliũ occidit.	
		¶Valẽtinꝰ i Britãnia anteq̃ tyrannidẽ inuaderet oppressus.	
		¶Presbyter Syrmij iniquissime occidit: q. Octauianũ	
		ex Procõsule apud se latitantẽ/prodere noluisset.	
	9	¶Didimꝰ Alexãdrinꝰ multa de nostro dogmate per	376
		notarios cõmẽtat: q post quintũ natiuitatis suæ ãnũ	
		luminibus orbatus Elemẽtorũ quoq; ignarus fuit.	
		¶Equitiꝰ comes Illyrici iniqssimis tributorũ exactiõibꝰ	
		ãn puictas q̃s regebat tanq̃ a Barbaris vastarẽt erasit	
	10	¶Eunomiꝰ discipulus Aetij Cõstantinopoli agnoscit:	377
		a quo hæresis Eunomiana.	

¶ Romanorũ		¶ Anni dñi.	¶ Anni mundi.
	¶ Saxones cæsi de Vsone in regione Francorum.		
	¶ Burgũdiorũ. 80. ferme milia quot nũq̃ ãtea ad Rhenũ descẽderũt.		
	¶ Clearcus pfect⁹ vrbis Cõstãtinopoli agnoscit̃: a quo necessaria & diu expectata votis aq̃ ciuitati ĩducitur.		
	¶ Alexãdrię. 20. ordinat̃ eps Petr⁹: q post Valẽtis iteritũ tã facilis in recipiẽdis hæreticis fuit: vt nõ nullis suspicionẽ acceptę pecunię intulerit.		
	¶ Melania nobilissima mulierũ Romanorũ & Marcellini (quõdã cõsulis) filia vnico Prętore tũc vrbano filio derelicto Hierosolymã nauigauit. vbi tantũ virtutũ/præcipueq; humilitatis fuit miraculo: vt Teclæ nomẽ acceperit.		
11	¶ Post Auxẽtij serã mortẽ Mediolani Ambrosio epo cõstituto: oĩs ad fidẽ rectã Italia cõuertitur.	378	
¶ Oly.	¶ Aquiliẽses clerici qui chorus beatorũ habentur.		
289.	¶ Quia supiore ãno Sarmatæ Pãnonias vastauerũt: iidem consules permansere.		
12	¶ Valẽtinianus subita sanguis eruptiõe: qđ Græce apoplexis vocat̃ Brigitio morit̃: Post quẽ Gratian⁹ assũpto ĩ iperiũ Valẽtiniano fratre: cũ patruo Valẽte regnat	379	
	¶ Apollinari⁹ Laudicẽsis iactatiõe igenij quosdã errores ptinaciter asseuerãs/hæresin sui nois suscitauit/quã Damasus habito Romę cõsilio damnauit.		
	¶ Eutropius presbyter: vir eloquẽtia clar⁹ agnoscit̃.		
	¶ Multi monachorũ Nitrię: p tribunos & milites cæsi.		
	¶ Valẽs lege data vt monachi militarẽt: nolẽtes fustibus iussit interfici.		
	¶ Theodosius Theodosij postea iperatoris pater & plurimi nobiliũ occisi.		
	¶ Photinus ĩ Galatia morit̃: a quo Photinianorũ dogma inductũ/qui multa cõtinẽtiæ & ingenij bona vno superbiæ malo perdidit.		
13	¶ Basili⁹ Cæsariẽsis eps Cappadocię: clarus habet̃	380	
	¶ Alemanorũ circiter. 30. milia apud argẽtariũ oppidũ Galliarũ: ab exercitu Gratiani strata.		
14	¶ Florentinus Bonosus & Ruphinus insignes monachi habent̃: e quibus Florẽtin⁹ tã misericors ĩ egentes fuit/vt vulgo pater pauperũ nominat⁹ sit.	381	

¶ Anni mundi.	¶ Romanorū		¶ Anni dñi.
		¶ Gens Hūnorū Gotthos vastat. qui a Romanis fi ne armorū depositione suscepti per auaritiā Maxi mi ducis/fame ad rebellādum coacti sunt.	
		¶ Superatis in cōgressione Romanis: Gotthi fun duntur in Thracia.	
		¶ Valēs de Antiochia exire cōpulsus: sera pœni tentia nostros de exilijs reuocat.	
		¶ Lachrymabile bellū in Thracia: in quo deseren te equitū ꝑsidio Romanæ legatiōes a Gotthis cinctę vsq; ad internitionē cæsæ sūt. ipe imperator Valēs cū sagitta saucius fugeret: & ob dolorē nimiū sæ pe equo laberetur: ad cuiusdā villulæ casam depor tatus est/quo ꝑsequentibus Barbaris/& incensa do mo/sepultura quoq; caruit.	
		¶ [illegible]eam Hieronymi interpretatio in Eusebiū de temporibus finit.	
		¶ [illegible] et cætera deinceps adijcere curauit.	
	¶ Romanorū. 43. regnauit Gratian9 cū fratre suo Valētiniano añ. 6		
	¶ Hucusq; Hieronymus presbyter ordinē pręcedētiū diges sit ānorū. Nos quę secuta sūt adijcere curauimus. Igit Valē te a Gotthis in Thracia cōcremato: Gratianus cū fratre Va lentiniano. 41. regnauit añ. 6.		
5580		¶ Musonio & Olibrio cōsulib9: Gratianus post mor tē patrui Theodosij Theodosiū filiū in cōsortium assumit imperij/& ei regnū tradidit Orientis.	382
		¶ Theodosius sūma fœlicitate multis a tq; ingenti bus prelijs/Gotthos superat & e Thracia pellit.	
		¶ Longobardi ab extremis Germaniæ finib9 Oce aniq; ꝑrimus littore Scandiaq; insula magna mul titudine igressi: & nouarū seditionū auidi Iboree & Aione ducibus/ Vandalos primū vicerunt.	
		¶ Sempronius vir apprime eruditus agnoscitur.	
		¶ Ea tempestate Priscianus episcopus de Gala tiæ & Manichæorū & Gnosticorū dogmate: hæ resin nominis sui condidit.	

¶Romanorū		¶An.do.	¶Anni
2	¶Gratiano & Theodosio quinto: pro catholica fi	383	mundi.
	de multa sublimiter Ambrosius scribit.		
	¶Theodosius cū Thessalonicæ ægrotaret/a Basi-		
	lio eiusdē ciuitatis episcopo baptisma suscepit.		
	¶Procurāte Gratiano eo q Theodosius ægrotaret		
	pax firmatur cū Gotthis.		
	¶Synodus patrū.180.apud Constantinopolin ce		
	lebrata est: cōtra Macedoniū spiritum sanctū deum		
	esse negantem.		
3	¶Euagrio & Eleutherio Martinus eps Turonorū	384	
	Galliæ ciuitatis: multis clarus habetur.		
	¶Gregorius Nazanzenus eps vir sua ætate eloquē		
	tissimus & Hieronymi præceptor obijt.		
4	¶Antonio & Syagrio Athanaricus rex Gotthorū:	385	
	apud Cōstātinopolin.15.quo fuerat susceptus die/occiditur.		
5	¶Merobaude ii.& Saturnino Archadius Theodo	386	
	sij imperatoris filius: Augustus appellatus.		
	¶Petronius Bononiēsis episcopus: vir studijs &		
	sanctitate clarus moritur.		
6	¶Nicomede & Clearco: Honorius Theodosij fi-	387	
	lius nascitur.		
	¶Romanæ ecclīæ.post Damasū.36.Sericus pfuit		
	¶In Britānia p seditionē militū Maximus īperator		
	est factus/ quo mox ad Gallias transferente se Grati		
	anus Parisius Merobaudis magistri militū ꝓditione		
	superatus: & fugiēs Lugduni captus atq; occisus est.		
	¶Maximus Victorē filiū suū/cōsortē regni facit.		
¶Romanorū.42.Valētinianus cū Theodosio regnauit.an.7.			
1	¶Archadio & Bautone.hoc tpe Hieronymus pb̄ys-	388	
	ter toto iam mūdo clarus habitat in Bethleē/egre		
	gio ingenio studio vniuersali ecclesiæ seruiens.		
	¶Priscilianus i synodo Burdegalēsi se dānandū i		
	telligēs ad īperatorē Maximū ꝓuocauit: auditusq;		
	Treueris ab Euodio pfecto ptorio/a Maxio gladio		

Anni mundi.	Romanorū		Anni dñi.
		addict⁹ est cū Eucrocia Delphidij Rhetoris cōiuge & latroniano/alijsq; errore cōsorte.	
		¶ Burdegale quędā Priscilliani discipula noīe Vrbica ob ipietatis ptinaciā p seditionē vulgi lapidib⁹ extīcta est.	
	2	¶ Honorio Nepote & Euodio.	389
	3	¶ Valētiniano tertio & Eutropio.	390
	4	¶ Theodosio scđo & Cynegio Maxim⁹ tyrān⁹ a Valētiniāo & Theodosio ipatorib⁹/ī ītio ab aqlegia lapide spoliatus idumētis regijs sistit: & capite dānat/cuius fili⁹ Victor ab Argobaste iterfect⁹ in Gallijs.	391
5590	5	¶ Thimasio & Promotio Hictaci⁹ & Vrsaci⁹ epi ob necē Priscilliani cui⁹ accusatores fuerāt: ecclię cōione priuāt	392
	6	¶ Lōgobardi eorū ducib⁹ defūctis primū sibi regē creauerūt Agelmūdū Aiouis filiū/qui regnauit an. 33.	393
		¶ Valētiniano qrto & Nectorio cōsules: signū ī cęlo quasi colūba pendēs/ardēsq; p dies. 30. apparuit.	
	7	¶ Theodosi⁹ venerabile Ioānis baptistę caput ex vico Coslai Cōstātinopolī deportās. 7. ab vrbe lapide ī Basilica quā magno sūptu ī ei⁹ honorē erexerat recōdit.	394
		¶ Tyciano & Symmaco consulibus: Eugeni⁹ fauore argobastę cōfisus iperiū sibimet vsurpauit.	
		¶ Archadio scđo & Ruffino Valētinian⁹ ad vitę fastidiū nimia Argobastis mgrī militū austeritate duct⁹: laqo apđ Vienā piit.	
		¶ Argobastes mgr̄ exercit⁹ mortuo Valētiniano: cui⁹ exercitu grauabat: Eugeniū ī Gallijs iperare facit.	
¶ Romanorū. 43. Theodosi⁹ cū iā per. 14. regnaret ānos regnat cū Archadio & Honorio filijs an. 3.			
	1	¶ Theodosio. 3. & Habūdātio Honoriū: pater suus Theodosi⁹ ī eodē loco quo fratrē ei⁹ Archadiū Cęsarē fecerat pricipē cōstituit. 17. ab vrbe miliario/quū hora tertia tenebrę factę sunt.	395
	2	¶ Archadio. 3. & Honorio scđo Ioannes monachus Anacoreta clarus habet: qui ornatus pphetię gratia Theodosiū cōsulētē de euentu belli/qđ aduersus Eugeniū mouebat victorē futurū prędixit.	396
	3	¶ Olibrio & pbino Theodosi⁹ Eugeniū vicit & pimit	397
		¶ Augustin⁹ bti Ambrosij discipl's mlta facūdia doctrinaq; excellēs: Hippone regio ī Africa eps ordinat	
		¶ Hoc tpe Claudianus Poeta innotuit.	

¶Romanorũ		¶Anni	¶Anni
	¶Theodosius imperator Mediolani moritur.	dñi.	mundi.
¶Romanorũ 44. Arcadi⁹ cũ iã regnasset añ.12. regnat cũ frẽ Honorio añ.12.			
1	¶Arcadio. 4. & Honorio terræmotus p dies pluri	398	
	mos fuit: cęlumq; ardere visum est.		
	¶Horosi⁹ Hispan⁹ presbyt vir eloquẽs & historiarũ cognitor claret.		
2	¶Cæsario & Attico ijs cõsulib⁹ flacilla nata est arca	399	
	¶Euagri⁹ ĩcredibilis abstinẽtię monachus: & (dio filia.		
3	in sacris literis erudit⁹ apd Aegyptios hẽt ĩsignis.	400	
4	¶Manlio & Theodoro .11. cõsulib⁹ cũ hũc cõsul a	401	
	tũ iierat Eutropi⁹ Eunuch⁹: q mox honore & vita exut⁹ est.		
	¶Honorio. 4. & Euticiano. Romanę ecc'ie epatũ 37		
	tenet Anastasius. añ. 3. dies. 21.		
5	¶Stilicone & Aureliano Gotthi Italiã Alarico &	402	
	Rhadagaso ducibus ingressi.		
6	¶Vicentio & Fabricio Ioanes Cõstãtinopolitan⁹	403	
	& Theophil⁹ Alexãdrin⁹ illustres epi hñt: s; vtrũq;		
	obscurauit discordia/q̃ eousq; pcessit/ vt Ioãnes a		
	Theophilo oppressus põtũ exilio pgere cogeret cũ		
	tamẽ cõmunionẽ eius maxima pars eorũ epõrũ		
	Romani pontifi. exemplum secuta seruauerit.		
7	¶Arcadio. 5. & Honorio. 5. aduers⁹ Gotthos vehe	404	
	mẽter vtrisq; polẽtię partis clade pugnatum est.		
	¶Romanę ecclisę. 38. pest eps Innocẽti⁹ añ. 15. mẽ. 2 diebus. 21.		
8	¶Theodosio Augusto & Rimorido Eudoxij Arca	405	
	dij vxoris statua: sup Porphyricã colũnã posita est.		
9	¶Honorio 6. & Aristeneto Eudoxa vxor arcadij diẽ clausit	406	
10	¶Stilicone. 2. & Anthemio Radagasi⁹ ĩ tuscia mltis	407	
	Gotthorũ milib⁹ cæsis: ducẽte exercitũ Stilicone supat⁹ & capt⁹ est.		
11	¶Arcadio. 6. & Probo Vandali & Alãni Gallias tra	408	
	iecto Rheno pridie kl'. Ianuarias ingressi.		
12	¶Honorio 7. & theodosio. 2. Cõstãtin⁹ ex ĩfima mi	409	
	litia ob solã speciẽ nois ĩ Britãnia tyrãn⁹ exorit: & ad Gallias trãsijt.		
13	¶Basso & philippo Arcadius imperator: Cõstanti	410	
	nopoli moritur.		
¶Romanorũ. 45. regnauit honori⁹ cũ Theodosio fratris filio añ. 16.			
	¶Honorio 8. & Theodosio 3. Vãdali hispãias occu	411	5610
	¶Attal⁹ Romę ĩpator fact⁹: q mox priuat⁹ regno (pauerũt.		

ℭRomanorū		ℭAnni dñi.	ℭAnni mundi.
	& præsidio tyrannidē resumit in Gallijs.		
7	ℭHonorio.10.& Theodosio.6.Attal⁹ a Gotthis	417	
	ad Hispanias migrātib⁹ neglect⁹:& pręsidio carēs		
	capit/& Constātino patricio viuus effertur.		
	ℭAttaulph⁹ a quodā suorū vulneratus, interijt:re		
	gnūq; ei⁹ vallia parētis qdē cupe itelligebat iuasit		
8	ℭTheodosio.7.& Paladio Placidiā Theodosij im	418	
	patoris filiā quā Romę Gotthi cępe rāt:q̄ī Attaul		
	ph⁹ cōiugē habuerat .Gallia pacē Honorij expe-		
	tēs reddidit:eiusq; nuptias Cōstātio promeretur.		
	ℭRomanæ ecclię.epatū.39.suscipit Zosim⁹ āno		
	vno mēsib⁹.9.dieb⁹.8. quo tpe Pelagi⁹ iam a pon		
	tifice Innocētio pdānatus Afrorū vigore & ma		
	xime Augustini epi scientia resistebatur.		
9	ℭHonorio.11.& Constantio.2.Honorius trium-	419	
	phans Romā ingreditur præeunte curru eius Atta		
	lo:quem Lyparę viuere exulem iussit.		
10	ℭHonorio.12.& Theodosio.8.hoc tpe Cōstātius	420	
	seruus Christi ex vicario Romæ habitans & p gra		
	tia dei Pelasgijs resistēs factiōe eorundē multa ptu		
	lit:quæ illis sanctis cōfessoribus sociauerunt.		
	ℭConsilio apud Carthaginē habito.214.epōrū		
	ad pōtificē zosimū Synodalia decreta plata:qbus		
	pbatis p totū mundū hæresis Pelasgiana dānata est.		
	ℭValētinianus Cōstantij & Placidiæ filius:na		
	scit sexto nonas Iulias.		
	ℭRomæ.40.epatū tenet Bonifacius añ.3.mē.9		
11	ℭMaximo & Plinta Cōstantius pacē firmat cum	421	
	Valia:data ei ad habitandam Aquitania & quibus		
	dam ciuitatibus confinium prouinciarum.		
12	ℭTheodosio.8.& Constantio.3. Constantius ab	422	
	Honorio i consortium regni assumitur.		
	ℭHieronym⁹ p̄sbyr morit āno ætatis suæ.91.pridie kl.octobris.		
13	ℭAgricola & Eustachio Cōstantius impator morit	423	5620
14	ℭHonorio.13.& Theodosio.10.hoc tpe exerci t⁹ad	424	
	Hispanias cōtra Vādalos miss⁹ ē:cui⁹ Crastinus dux		

¶ Anni mundi.	¶ Romanorū		¶ Anni dñi.
		Gotthis cessit.	
	2	¶ Flauuio/Varrone ve cōsulib⁹ Roma orbis quōdā	412
		victrix a Gotthis Alarico duce capta: & ob hoc sol⁹	
		fuit orietaliū ptiū cōsul/qd i sequēti āno obseruatū ē	
	3	¶ Theodosio Augusto. 4. cōsulatu suo Cōstātin⁹ per	413
		Honorij duces Cōstatinū & Vlfulā apd Arelatēse op	
		pidum victus & captus est: cuius filiū Constātē in	
		Hispania regnare orsum Gerūtius comes i Maxi	
		mū quēdā/tyrannidē transferens interemerat.	
	4	¶ Honorio. 9. & Theodosio. 5. Maximo i Hispania	414
		regno ablato vita est cōcessa: eo q modestia humi	
		litatis affectati im perij inuidiā nō merebatur	
		¶ Gotthi rege Athaulpho Gallias igressi eodē tpe	
		Heros vir sctūs & btī Martini discipl'us cū Arelatēsi	
		oppido eps psideret: a ppl'o ipi⁹ ciuitatis illās &	
		nullis isimulatiōib⁹ noxius puls⁹ est. Inq; ei⁹ locū	
		Patroclus ordinat amicus & familiaris Cōstātis ma	
		gistri militū: cuius p ipm gratia qrebat/eaq; res iter	
		epos religiōis illius magnarū discordiarū causa fuit.	
	5	¶ Luciano viro clarissimo cōsule hui⁹ collega i cō	415
		sulatu fuit Heraclianus: qui nouarū in Africa rerū	
		reus & honorē amisit & vitam.	
		¶ Burgūdiones partē Galliæ ppinquātē Rheno obtinuerūt	
		¶ Iouius & Sebastianus fratres: in Gallijs regno	
		accepto interempti.	
		¶ Hac tēpestate Pelagi⁹ Brito dogma nois sui cō	
		tra gratiā Christi celestino & Iuliano adiutorib⁹ ex	
		emit: mltosq; i suū trahit errorē pdicās vnūquēq; ad	
		iustitiā volūtate ppria regi/tātūq; accipe grē quātū	
		meruit. qa Adæ peccatū ipm solū leserit. nec poste	
		ros ei⁹ obstrixerit. vñ & valētib⁹ possibile sit oē care	
		re peccatū: oēsq; puulos tā isontes nasci/q primus	
		hō āte puaricationē fuit: & ideo baptizādos nō vt	
		pctō exuant sed sacramēto adoptionis honorētur.	
	6	¶ Cōstātino vero cōsule: Attalus Gotthorū cōsilio	416

¶Romanorũ		¶Anni dñi.	¶Anni mundi.
	& præsidio tyrannidẽ resumit in Gallijs.		
7	¶Honorio.10.& Theodosio.6.Attal9 a Gotthis ad Hispanias migrãtib9 neglect9:& presidio carẽs capiť/& Constãtino patricio viuus effertur.	417	
	¶Attaulph9 a quodã suorũ vulneratus, interijt:re gnũq; ei9 vallia parẽtis qdẽ cupe ĩtelligebať iuasit		
8	¶Theodosio.7.& Paladio Placidiã Theodosij im patoris filiã quã Romę Gotthi cępe rũt:q̃ Attaul ph9 cõiugẽ habuerat .Gallia pacẽ Honorij expe tẽs reddidit:eiusq; nuptias Cõstãtio promeretur.	418	
	¶Romanæ ecclię.epatũ.39.suscipit Zosim9 ãno vno mẽsib9.9.dieb9.8. quo tpe Pelagi9 iam a pon tifice Innocẽtio pędãnatus Afrorũ vigore & ma xime Augustini epi scientia resistebatur.		
9	¶Honorio.11.& Constantio.2.Honorius trium phans Romã ingreditur præeunte curru eius Atta lo:quem Lyparę viuere exulem iussit.	419	
10	¶Honorio.12.& Theodosio.8.hoc tpeCõstãtius seruus Christi ex vicario Romæ habitans & p gra tia dei Pelasgijs resistẽs factiõe eorundẽ multa ptu lit:quæ illis sanctis cõfessoribus sociauerunt.	420	
	¶Consilio apud Carthaginẽ habito.214.eporũ ad põtificẽ zosimũ Synodalia decreta plata:qbus pbatis p totũ mundũ hæresis Pelasgiana dãnata est.		
	¶Valẽtinianus Cõstantij & Placidiæ filius:na sciť sexto nonas Iulias.		
	¶Romæ.40.epatũ tenet Bonifacius añ.3.mẽ.9		
11	¶Maximo & Plinta Cõstantius pacẽ firmat cum Valia:data ei ad habitandam Aquitania & quibus dam ciuitatibus confinium prouinciarum.	421	
12	¶Theodosio.8.& Constantio.3. Constãtius ab Honorio ĩ consortium regni assumitur.	422	
	¶Hieronym9 p̃sbyť moriť ãno ætatis suæ.91.pridie kľ.octobris.		
13	¶Agricola & Eustachio Cõstantius impator moriť	423	5620
14	¶Honorio.13.& Theodosio.10.hoc tpe exerci t9ad Hispanias cõtra Vãdalos miss9 ẽ:cui9 Crastinus dux	424	

¶ Anni mundi.	¶ Romanorū		¶ Anni dñi.
		fuit: q Bonifaciū virū bellicis artib9 ꝑclarū īepto &	
		iiurioso īperio ab expeditiōis suę societate auertit:	
		nā ille periculosū sibi atqꝫ indignū ratus seq quē discordē su	
		pbiēteq; exptus esset/celeriter se ad portū vrbis atq; inde ad	
		Africā proripuit: idqꝫ reipu. multorū laborū initium fuit	
	15	¶ Mariniano & Asclepiadoto Placida Augusta a	425
		fratre Honorio pulsa ad oriētē cū Honorio & Valē	
		tiniano filijs proficiscitur.	
	16	¶ Romanæ ecclīæ. 41. ꝑsidet eps Celestinus. añ. 9	426
		¶ Longobardorū. 2. regnauit Lamissus meretricis fili9 añ. 3	
		¶ Honori9 moriť: & regnū ei9 Ioānes occupat cō	
		iubēte vt putať Crastino q exercitui magister militū ꝑfuit.	
	¶ Romanorū. 46. regnauit Theodosius añ. 30.		
	1	¶ Crastino & Victore theodosi9 valētinianū amicę	427
		suæ filiū Cæsarē facit: & cū augusta mr̄e sua ad re	
		cipiēdū occidētale mittit īpiū. quo tpe Ioānes dū A	
		fricā quā Bonifaci9 obtinebat/bello reposcit ad de	
		fensionē sui infirmior factus est.	
	2	¶ Theodosio. 11. & Valētiniano Placida augusta	428
		& Valētinian9 Cęsar mira fœlicitate Ioānē tyrānū	
		opprimūt: & regnū victores recipiūt data vēia Ae-	
		tio/q Hūni quos p īpm Ioānes acciuerat eiusdē	
		studio ad ꝓpria reuersi sūt. Crastin9 aūt ī exiliū act9	
		ē qa videbať Ioānē sine comitiua regnū nō potuisse assumere	
		¶ Valētinian9 Decreto Theodosij: August9 appellať.	
		¶ Archilla nobile oppidū Galliarū a Gothis multa vi	
		oppugnatū est. donec imīnēte Aetio nō īpuniti discederēt.	
	3	¶ Theodosio. 12. & Valētiniano. 2. Patrocl9 Arela-	429
		tēsis eps a Tribuno quodā Barbaro multis vulneri	
		b9 laniat9 occidiť: qd facin9 ad occultā iussionē Fœ	
		licis magistri militū referebať/cuius īpulsu tradit9 ē	
		etiā Titus diacon9 vir sc̄tūs Romæ pecunias pau	
		peribus distribuēs interfectus.	
	4	¶ Hiero & Ardibure Bonifacio cuius potētia gl̄iaqꝫ	430
		in Africa augebatur bellū ad arbitriū Fœlicis qui	

Romanorũ		Anni dñi.	Añ mundi.
	ad Italiã venire ãnuerat publico noĩe illatũ eſt:du		
	cibus Mauortio & Galbione & Sinoce/cui9 ꝓditio		
	ne Mauorti9 & Galbio cũ Bonifaciũ obſiderẽt:iter		
	empti ſunt.moxq; ĩpe a Bonifacio dolo detect9 oc		
	ciſus eſt:exinde gẽtibus quæ vti nauibus neſciebãt		
	dũ a cõcertãtibus in auxiliũ vocanĩ mare paruũ fa		
	ctũ eſt.Belliq; cõtra Bonifaciũ cœpti in Sigiſuultũ		
	comitẽ cura tranſlata eſt.		
	¶Gens Vandalorũ ab Hiſpaniis ad Africã tranſijt		
5	¶Fœlice & Tauro neſtorius Cõſtãtinopolitan9 eps	431	
	nouũ ecclijs molit errorẽ inducere/pdicãs Chriſtũ		
	ex maria hoiem tãtũ & nõ deũ natũ:eiq; diuinitatẽ		
	collatã eſſe ꝓ merito.huic ĩpietati præcipua Cyril		
	li Alexãdrini epi ĩduſtria & papę Celeſtini repu=		
	gnat auctoritas.		
	¶Pars Galliarũ ꝓpinqua rheno:quã Franci poſſi		
	dendã occupauerũt/Aetij comitis armis recepta.		
6	¶Florẽtio & Dionyſio Fœlice ad patriciã dignitatẽ	432	5630
	prouecto:Aetius mgr̃ militũ factus eſt ex agricola		
	¶Pelagian9 Seueriani Pelagiani epi filius:eccl'ias		
	Baſtranię dogmatis ſua inſimulatione corrupit.ſed		
	actionẽ Palladij diaconi papa Cęleſtin9 Gmanũ		
	Auiſiodorẽſẽ epm vice ſua mittit vt deturbatis hæ		
	reticis Britãnos ad catholicã fidẽ dirigat.		
7	¶Theodoſio.13.& Valẽtiniano.3.Aetius Fœlicẽ cũ	433	
	vxore ſua Paduſia:Egrumiti ũ diaconũ eos iſidiari		
	cum preſenſiſſet/interemit.		
	¶Auguſtinus eps per oia excellentiſſim9 morit.5.		
	kalẽdas Septẽbris:libris Iuliani inter ĩpetũ obſidẽ		
	tium Vandalorũ in ĩpo dierũ ſuorũ fine reſpondẽs		
	& glioſe in defẽſione Chriſtianæ gratiæ pſeuerans.		
8	¶Baſſo & Antiochio cõgregata apd Epheſũ plus	434	
	200 Synodo ſacerdotũ :Neſtori9 cũ hęreſi nois ſui		
	& cũ multis Pelagianis qui cognatũ ſibi dogma iuuabãt dãnãtur.		
	¶Ad Scotos in Chriſtũ credẽtes ordinaĩ a papa		
	Celeſtino Palladius & primus epiſcopus mittitur		
9	¶Aetio & Valerio Rõanę ecclię.42.pficiĩ eps Sixt9	435	

O.5.

Anni mundi.	Anni Romanorum		Anni dñi.
		Totius orbis pace & cõfessiõe mirabili Bonifaci9 ab Africa ad Italiã puenit in vrbẽ accepta magistri militũ dignitate: q quũ sibi resistẽtẽ Aetiũ plio su passet paucos post dies morbo extinct9 est. Aeti9 vero cũ deposita potestate i agro suo degeret: ibiq; cũ qdã iimic9 ei9 repẽtino eũ icursu opprimere tẽtasset/ pfugus ad vrbẽ, atq; illinc ad Dalmatiã: deide Pãnoniã ad Hũnos puenit/ quorũ amicitia auxilioq; vs9 pacẽ principũ Aetius iterpellatæ potestatis obtinuit.	
	10	Theodosio. 14. & Maximo. maxima vrbis regiæ pars Septẽtrionalis: p tres dies cõtinuo incensa collapsaq; est mense Augusto.	436
		Ioãnes monach9 cognomẽto cassian9 Massiliæ insignis & facundus scriptor habet.	
	11	Aspare & Ariobinda.	437
	12	Theodosio. 15. & Valẽtiniano. 4. pax fcã cũ Vãdalis data eis ad habitãdũ p triẽniũ in loco Africæ portione Hippone. 3. Idus Februarij.	438
		Eodẽ tẽ pore Gundicariũ Burguntionũ rege itra Gallias habitãtẽ Aeti9 bello obtriuit: paceq; ei supplicanti dedit: qua nõ diu poti9 est. Siquidẽ illum hũni cum populo suo atq; stirpe deleuerunt.	
	13	Isiodoro & Senatore Gotthi pacis placita rturbãt & pleraq; municipia sedib9 vicina suis: occupãt: Narbonẽsi oppido maxie iefesti: qd cũ diu obsidiõe & fame laboraret p Littoriũ comitẽ ab vtroq; piculo liberat9 est. Siqdẽ p singulos eqtes binis tritici modijs aduectis strenuissie & hostes i fugã vertit & ciuitatẽ annona impleuit. (auxiliãtib9 gerit.	439
	14	Aetio. 2. & Sigisuulto bellũ aduers9 Gotthos Hũnis	440
		Geisericus rex Vãdalorũ intra hitationis suæ limites volẽs catholicã fidẽ Arrhyana ipietate subuertere/ quosdã nostrorũ epõrũ eaten9 psecut9 est: vt eos priuato iure Basilicarũ suarũ etiã ciuitatib9 pelleret. cũ iporũ cõstãtia nullis supbissimi regis terroribus cederet.	441
		Valẽtinian9 August9 ad Theodosiũ pricipẽ Cõstantinopolin pficiscitur: filiãq; ei9 in matrimoniũ accipit. Eodẽ ãno Pirhaticã barbarorũ fœderatorũ	

¶Romanorũ		¶Anni dñi.	¶Anni mundi.
	deſertores exercuerũt.		
	¶Per idẽ tẽp9 q̃ttuor Hiſpani viri/Arcadi9/Prob9 Paſchaſi9 & Eutiti9: dudũ apd Geiſericũ merito ſa piẽtię & fidelis obſequij clari habebãt/quos rex vt copulatiores ſibi faceret ĩ Arrhyanã ſectã tranſire p̃cepit. at illi facin9 cõſtãtiſſime reſpuẽtes excitato in rapidiſſimã irã Barbaro primũ ꝓſcripti: deĩde ĩ exiliũ Actitũ atrociſſimis cruciati ſupplicijs: ad poſtremũ diuerſis mortib9 iterẽpti illuſtri martyrio mirabilit̃ occubuerũt.		
	¶Puer aũt Paulillus noĩe frater Paſchaſij & Euticij ꝓ elegãtia formę atq; ingenij admodũ regij accept9 a ꝓfeſſione atq; amore catholicę fidei: cũ nullis minis deturbari poſſet/diu fuſtib9 cęſus ad ĩfamẽ ſeruitutẽ dãnat9 eſt/nec ideo vt apparet interfect9 ne ſupata ſęuitia impij regis etiã illa ætas gl'iaret̃.		
15	¶Theodoſio 16. & Fauſto: hoc quoq; ãno ijdẽ Pirhatę multas ĩſulas/ſed præcipue Siciliã vaſtauere.	442	
	¶Aduerſũ Gothos in Gallia quędã ꝓſpere geſta.		
16	¶Theodoſio.17. & feſto littori9 q̃ ſecũda ab Aetio patricio poteſtate Hũnis auxiliãtib9 pręerat/dũ Aetij gloriã ſupare appetit dũq; haruſpicũ reſpõſis & dęmonũ ſignificationib9 fidit: pugnã cũ Gotthis ĩprudẽter cõſeruit. fecitq; intelligi q̃tũ illa eorũ quæ periijt man9 ꝓdeſſe potuerit ſi potiorib9 cõſilijs q̃ ſua temeritate vti maluiſſet quãdo tãtã ipẽ hoſtib9 cladẽ itulit/ vt niſi ĩcõſyderãter præliãs captiuitatẽ incidiſſet dubitãdũ foret cui poti9 parti victoria aſcriberetur.		
	¶Hac tẽpeſtate Iulian9 Acclanẽſis iactãtiſſim9 Pelagiani erroris aſſertor/quẽ dudũ amiſſi ep̃atus ĩtẽperãs cupido exagitabat: multimoda arte fallẽdi correctionis ſpẽ præferẽs/molit9 in cõione eccl'ię irrepe. Sed his ĩſidiis Sixtus papa Diaconi Leonis hortatu vigilãter occurrẽs: nullũ aditũ peſtiferis conatib9 patere p̃miſit/& ita oẽs catholicos defectiõe fallacis beſtiæ gauder fecit: quaſi tũc primũ ſupbiſſimã hęreſin ap'licus gladi9 detrũcaſſet.		
	¶Per idẽ tẽpus Vitricus reipub. noſtrę fidelis multis documentis bellicis clarus habetur.		

Anni mundi. | Romanorū | | Anni dñi.

Pax cū Gotthis facta:cū eā post ācipitis pugnę lachrymabile expimētū humili⁹ q̄ vnq̄ āte popoſciſſent.

Aetio reb⁹ q̄ ī Gallijs cōponebant ītēto Geiſeri: c⁹ de cui⁹ amicitia nihil metuebat 14.kl'.nouēbris Carthaginē dolo pacis īuadit:oēſq; opes ei⁹/ ex cruciatis diuerſo tormētorū genere ciuib⁹:in ius ſuū vertit. Nec ab eccl'iarū deſpoliatiōe abſtinēs quas & ſacris vaſib⁹ exinanitas & ſacerdotū admiſtratiōe priuatas:nō iā diuini cult⁹ loco ſed ſuorū iuſſit eſſe hītacula. In vniuerſū captiui ppl'i ordinē ſęu⁹:ſ; p̄cipue nobilitati & religioni īfenſ⁹ vt nō diſcernireī hoībus magis/an deo bellū ītuliſſet.

Carthago a Vandalis capta āno poſtq̄ Romana eſſe cœperat.585.al'.583.

17 | Valētiniāo.5.Auguſto & Anatolio defūcto Sixto epo.40.am pli⁹ dieb⁹ Romana eccl'a ſine Antiſtite fuit:mirabili pace atq; patiētia aduētū diaconi Leonis expectās/quē nūc īter Actiū & Albinū amicitiæ reditegrādę Galliæ detinebāt q̄ſi ideo lōg⁹ eſſet aduēt⁹/vt electi meritū & eligētiū iudiciū pbaret.Igit Leo diaconus legatione publica accit⁹ & gaudēti patrię p̄ſētat⁹. | 443

43.Romanæ eccliæ eps ordinatur.

Geiſericus Siciliā grauiter affligēs:accepto nūcio de Sebaſtiano/ab Hiſpania ad Africā trāſitū celerit Carthaginē redijt:rat⁹ piculoſū ſibi ac ſuis fore ſi vir bellādi perit⁹ recipiēdæ Carthagini icubuiſſet:Verū ille amicū ſe magis q̄ hoſtē videri volēs/ diuerſa ōnia apd Barbaros q̄ pręſūpſerat repperit:eaq; ſpes cauſa illi maxima & calamitatis & infœlicis mortis fuit.

18 | Cyro.3. Cōſule Theodoſi⁹ īpator bellū cōtra Vādalos mouet. Ariobinda & Anaxilla atq; Germano ducib⁹ cū magna claſſe directis. qui lōgis cūctationibus negociū differētes Siciliæ magis oneri q̄ Africæ p̄ſidio fuerūt. | 444

19 | Dioſtoro & Leudoxa cōſules Hūnis Thraciā & Illyricū ſęua depopulatiōe vaſtātib⁹ exercit⁹ q in Sicilia morabat:ad defēſionē Orīētaliū partiū reuertitur. | 445

Cū Geiſerico aūt ab Auguſto Valētiniano pax cōfirmara:& cæteris ſpatijs Africa inter vtrūq; diuiſa eſt

Romanorū		Añ. dñi.	Anni mundi.
	In Gesericū apud suos de successu rerū supbiētē		
	qdā optimates ipius cōspirauerūt: sed molitiōe dete		
	cta multis ab eo supplicijs excruciati atq; extīcti		
	sūt. Cūq; idē audēdū etiā alijs videret: multis regis		
	suspicio exitio fuit/vt hac sui cura pl9 viriū perderet q̄ si bello superaretur		
20	Maximo.2.& Paterio Cōsulib9.hoc tpe plimos	446	5640
	Manicheos itra vrbē latere diligētia papę Leonis		
	inotuit: qui eos de secretis suis exutos & oculis toti9		
	ecclię publicatos oēs dogmatis suę turpitudinis &		
	dānare fecit & pdere: icēsis eorū codicib9: quorū ma-		
	gnæ moles fuerūt iterceptæ. Que cura viro sancto		
	diuitus (vt appuit) ispirata: nō solū Romanæ vrbi		
	sed etiā vniuerso orbi plurimū pfuit. Siquidē cōfes		
	sionib9 in vrbe captorū: q doctores eorū/qui epi/q		
	ve presbyteri i quib9 puīcijs vel ciuitatib9 degerēt:		
	patefactū est. Multiq; Orientaliū partiū sacerdotes		
	industriā apostolici rectoris: imitati sunt.		
21	Theodosio.18.& Albino Cōsulib9. Atila rex Hū	447	
	norū Blebā fratrē & cōsortē suū pimit: eiusq; popu		
	los sibi parere compellit.		
22	Valentiniano.6. Nono Consulibus.	448	
	Hic finit prosper post Hieronymū. Quę sequū		
	tur ex Matthęi Palmerij Florētini viri quidē diligē		
	tissimi libro de temporibus ad verbū transumpta		
	sunt. Cuius sane libri antecedētia eo cōsilio scriben		
	da esse non putaui: q fere omnia ex horū librorum		
	superiorib9 sint excerpta. Ne vero plurima ad legē		
	tis tediū geminentur: illa cōsulto cōticui. Hæc quę		
	nō immerito poterant a lectore desyderari operę pre		
	cium fore ratus sum/si ad cōtinuandam in pręsentē		
	vsq; diem Historiam apponerētur.		

Anni mundi.	Anni Salutis	Añ. Põti.		Imperatorum. Occidē.	Oriētis.
	449	5	Euticiana hęresis Cōstātinopoli exortī auctore Eutice p̄sbyto:q̄ a Fabiano Cōstātinopolitano ep̄o dānat⁹ est ob quā dānationē annuēte Theodosio imperatore Synodus apud Ephesum indicit/in qua Dioschoro Alexādrino ep̄o prēsidēte Eutices restituitur: Fabianus vero damnatur.	22	37
	450	6	Romani Gotthis victi atrocissimū bellū cū Hūnis cōmiserūt in Gallijs: in quo supatis Hūnis supra 1600 cædūtur. Theodoricus quoq; Gotthorū rex: i eo prēlio occidit. post quē Theodorismus in regnū suscipitur.	23	38
	451	7	Attilla Hūnorū rex i Pānonijs reparato exercitu Italiā inuadit & Aquilegiam obsidet.	24	39
			Septē dormiētes qui apud Ephesū in specu clausi: post annos. 192. specu diuitus patefacto surgūt a somno & corā Theodosio. 3. de resurrectione de qua dubitabatur certificantes iterum in Christo obdormiunt.		
5650	452	8	Galli Britāniā hostiliter ingressi: igne & ferro oīa vastātes subegerūt.	25	40
	453	9	Theodosius Iunior Cōstantinopoli moritur	26	41
				In oriente. 9. Martianus añ. 7	
	454	10	Terræmotus assidui: Cometę & signa varia apparuerūt in cęlo.	27	1
			Attilla post longā obsidionē capta Aquilegia: Vincētiā/Veronā/Mediolanū atq; Ticinū pari terrore peruadit: & multa oppidanorū cæde diripit.		
			Examinata itaq; terribilissimo hoste p̄uincia & cōfugiētibus vndiq; ex		

¶Anni Salutis	¶Anni Ponti.		¶Impe ratorū Occidē.	Orietis	¶Añ. mundi.
		couicinis vrbibus populis & p ꝓximā			
		paludē cōsistere atq; latere conātib9 i			
		extrema pene Hadriatici sin9 ora: v=			
		bi itra paludē cāpus assurgebat/pluri			
		mi cōuenerūt ibiq; exsiccaro quotidie			
		de industria solo mansiones muniere			
		quas a cōmuni ꝓuincię vnde cōuene			
		rāt vocabulo Venetias dixere.			
454	11	¶Synodus Calcedonēsis cōgregata	28	2	
		eporū 600. i qua Eutices & dioschor9			
		Alexādrinus eps dānantur & omnia			
		quę in Ephesina Synodo firmarūt in			
		irritum deducuntur.			
		¶Attilā post miserabilē Venetię cla			
		dē a Leone pōtifice exoratū & ad sua			
		regna reuersū. rursusq; Italiā inuadere			
		iactantē/sanguis e naribus fluēs repē			
		te necauit.			
455	12	¶Aetius Patrici9 vir bellicosissim9 &	29	3	
		Attilę quondā terrori suorū inuidia ac			
		cusatus Valētiniani iussu interficitur.			
		¶Valētinian9 a suis Romę ītersect9			
456	13	¶Maximus īperiū occupat: & Eudo	30	4	
		xiā Valētiniani quōdā vxorē per vi			
		olentas nuptias cōiungit: ob quā cau			
		sā Vādali ab Eudoxia prouocati sub			
		Geiserico rege carthagine Italiā adue			
		cti Romā intrarunt & dilaniatū Ma			
		ximi corp9 in Tyberin proiecerūt. 77			
		die postq̄ regnū inuaserat/omniaq;			
		hostili more deinde deprędātes: cū i=			
		genti captiuorū numero & cū Eudo			
		xia īperatoris vxore in Africā remearūt.			
		¶Impatorū. 18. Maioranus			
		apd Rauēnā regnauit ā. 4			
457	14	¶Gothi īgēti cū exercitu Hispaniā	1	5	

(igressi.

Anni mundi.	Añ. Salu.	Añ. Põt.		Imperatorum Occidẽ.	Orient.
	458	15	Paulinus Nolanę vrbis eps pĩetiſſi m⁹ hẽt: qui poſtq̃ ſua bona in redimẽ dis captiuis cõſũpſerat/ſeſe Barbaris	2	6
	459	16	p̄ recuperãdo viduę filio in ſeruitutẽ dedit.	3	7
				In Oriente. Leo añ. 16.	
	460	17	Maioranus occiditur.	4	1
				Rauẽnã tyrãnidẽ vſurpauit Seuerus annis. 4.	
5660	461	18	Archiephalorũ hęreſis ſubleuaẽ: Calcedonẽſe ĩpugnans concilium.	1	2
	462	19		2	3
	463	20	Biorgius Alanorũ rex infeſto exercitu Italiã ingrediẽ & nõ lõge a Bergomo ſuperatus: occiditur.	3	4
	464	21	Seuerus Romæ diem obijt.	4	5
			Põti. 45. Hylari⁹ añ. 6. mẽ. 3. di. 10. Anthen⁹ Romę regnauit. ã. 4.		
	465	1	Seruãdus Gallorũ præfect⁹: regnũ Iuadere tentãs/Anthemnij iuſſu I exilium agitur.	1	6
	466	2	Patricius Roman⁹ imperio inhiãs iubẽte Anthemnio capite truncatur. Gauſerico iterũ in Italiã cũ exercitu nauigante Aſilicus Patricius illũ nauali prælio ſuperauit: & redire Carthaginem compulit.	2	7
	467	3	Aſpar Patricius filiũ ſuũ in Oriẽte Cæſarem facit: cõtra quẽ Leo reuocato e Sicilia victore exercitu illũ cũ domo ſua deleuit.	3	8
	468	4	Anthemnius a Retimere Patricio genere ſuo occiditur: ipſe vero Retimer tres menſes poſt moritur	4	9
				Olibius regnauit mẽ. 7.	
	469	5	Olibius Placidã Valẽriniani filiam vxorem accepit.	1	10

¶Anni Salutis	¶Añ. Pōti.		¶Imperatorū Occidē.	Oriētū	¶Anni mundi.
		¶Olibius Gūdinarū nepotē suū Patriciū facit: & paulo post diē obijt.			
		¶Longobardorū.4.regnat Heldeboc Labę filius añ.4.			
			¶Licerius post Olibium Rauēnę tyrannidem inuadit añ.1.		
470	6	¶Licerius a Nepote Patricio regno expulsus in Dalmatiā ꝓficiscitur.& Salonensium episcopus ordinatur.	1	11	
			¶Nepos patricius regnū inuadit diebus.56		
		¶Nepos patricius itercedēte Epiphanio Ticinēsi ep̄o cū Ericio Musigothorū rege fœdus facit.			
		¶Nepos patricius Nepotiani filius/56 sui regni die ab Horeste patricio priuatur:& Augustulꝰ eiusdē Horestis filius/in eius locū assumitur.			
	¶Ponti.46.Sulpicius añ.15.		¶Augustulus in Occidēte regnauit anno.1.		
471	1	¶Horestes Patricius cū Geiserico Vādalorum fœdus inijt.	1	12	5670
		¶Odeacer Trualōgorū & Helurorū maximis copijs Italiā ingreditur & Horestē Patriciū apud Ticinū supatū interficit: post cuius mortē augustulus spōte purpurā deposuit/& in priuatū se modum recepit.			
		¶Odeacer Italiā occupat & 14.ānos possidet: in quibus sibi & suis tertiam agrorū partē diuisit.			
			¶Impiū occidētale defecit annis.330.		
472	2		1	13	
473	3	¶Longobardorū.5.Godehoc. añ.12	2	14	
474	4		3	15	

Anni mundi.	Anni Salutis	Añ. Pōti.		Impe[ratorum] Occid.	Ch[illegible]
	475	5	ℭ Leo moriẽs Leonẽ ex filia nepotẽ impatorẽ reliquit: qui nõ multo post naturę cõcedẽs/ patri suo Zenoni imperium concessit.	4	16
				ℭ In Oriente.11. Zeno.an.17.	
	476	6	ℭ Odeacer Fileƈteũ Rhugorũ regẽ in Germania supatũ occidit: & maxima prẹda atq; ingẽti captiuorũ numero/ in Italiã reuertitur. ℭ Lõgobardi nouarũ sediũ auidi Rhugorũ regionẽ eo q; fertilis & pene deserta esset/ sub Godehoc eorũ rege occuparũt.	5	1
	477	7	ℭ Vernia Augusta socrus Zenonis p eiꝰ absentiã Basiliscũ fratrẽ suũ ipatorẽ appellauit: qui paulo post Marcũ filiũ Cęsarẽ fecit. sed rediẽs Zeno illos in Cappadociã expulit: vbi vitã finiere.	6	2
	478	8		7	3
	479	9		8	4
	480	10		9	5
5680	481	11	ℭ Zeno iperator Theodoricũ Gotthorũ regẽ iã antea apud se magno i honore habitũ ad liberandũ Italiã cõtra Odeacrũ cũ ingentibus copiis misit: a quibus Odeacri duces non pcul ab Aquileia sup Somciũ amnẽ post acerrimã pugnã profliguntur.	10	6
	482	12		11	7
	483	13		12	8
	484	14		13	9
	485	15	ℭ Odeacer plurimis prẹliis a Gothis prio supatus: & Rauẽnæ triẽnio obsessus Theodoricũ tandẽ sociũ dñationis recepit/ a quo nõ multo post ad cœnã inuitatus occiditur.	14	10

ℂAnni Salutis	ℂAnni Ponti.		ℂImperatorum Occidēt.	Oriētis	ℂAñ. mundi.
		ℂTheodoricus & Gotthi qui cũ eo			
		erãt cõtra ĩperatoris volũtatẽ sub di-			
		uersos reges Italiã seueriori dominio			
		possederunt annis.70.			
		ℂLõgobardorũ 6.regnauit Daphon ã.5.			
	ℂPonti.47.Fœlix.2.añ.9.				
486	1	ℂFulgẽtius sciẽtia & fide clar9 habet.	15	11	5689
487	2		16	12	
488	3		17	13	
489	4	ℂPlurimi epi ab Arrhyanis in Africa	18	14	
		exilio dãnati:i Sardiniã mittũtur.			
490	5	ℂLõgobardorũ 7.regnauit Tãt9 ã.10	19	15	
491	6	ℂTheodoric9 vt sui regni vires stabi	20	16	
		liret Andelphedã Frãcorũ regis filiam			
		& principibus qui cũ eo erãt ex eadẽ			
		stirpe vxores copulauit.			
492	7	ℂZeno Constantinopoli vitam finit	21	17 ℂIn Oriẽte	
493	8	ℂTãtus Lõgobardorũ rex Herulos	22	1 Anastasi9 ã.36	
		ad iternitionẽ vsq3 deleuit:& Rodul			
		phũ eorũ regẽ cœpit atq3 interemit.			
494	9	ℂEpi qui in Africa catholicis pręerãt	23	2	
		ecclijs:a Transmũdo Vãdalorũ rege			
		in Sardiniam iterum relegantur.			
	ℂPonti.48.Gelasius añ.4.mẽ.8.dies.16.				
495	1		24	3	
496	2	ℂManichęi iterũ Romæ dãnati:& e-	25	4	
497	3	orũ codices combusti.	26	5	
498	4		27	6	
499	5		28	7	
	ℂPonti.49.Anastasius.2.añ.2.				
500	1	ℂVuacõ Tantũ patruũ suũ ineremit	29	8	
		& Longobardorũ regnũ inuadit añ.			
		18.hic cõtra Gepidas bellũ intulit &			
		Sueuos vicit.			

